1686

UNIVERSITY OF LONDON
LIBRARY



GOLDSMITHS' LIBRARY

543

(E Chamberlayne. E)

Taylor

ANGLIÆ NOTITIA
SIVE
Præsens Status
ANGLIÆ
Succinctè Enucleatus.

In Brevi quasi Tabella totam ejus imaginem complector.

Flor. in Proœm.

OXONII,
Typis *Leon. Lichfield*, Impensis *Henric. Clements* Bibliopolæ.

BIBL. LONDIN. UNIV.

Reverendiſſimo Viro
& omnimoda eruditione,
Summaque Pietate conſpicuo,
EDVARDO BERNARD,
S. Theologiæ Doctori, Aſtronomiæ in Celeberima Academia *Oxonienſi* Profeſſori *Saviliano*,

NEC NON

Peritiſſimo Viro
JOHANNI LUFFE, *M.D.*
Medicinæ Profeſſori Regio,
Cognato ſuo plurimum Honorando,

Opellam hanc tum Honoris tum Gratitudinis ergo, Dat, Dicat Conſecratque

THO. WOOD.

Lectori Peregrino
S. P.

LUbens mehercule agnōſcam ego nullum non Compendium (ut ut Exquiſitum, & vel ab ipſo voluminis Authore concinnatum) in quamplurimis plerumq; deficere, quæ non tantum ad Salivam delicatius facerent, ſed quinetiam quæ prorſus ad mentem accuratius informandam apprimè conducerent. At verò ſi quibus haud per otium liceat per majora Volumina iter facere & divagari; ſi quibus in Nauſeam cedat Moles quælibet utcunque erudita; à Libellulo petere eſt, quod docto cuilibet pruritui ſatisfaciet, & ibit obviam. Tantum equidem exurgunt hinc divitiarum, undè lauto ſatis apparatu alios exci-

tas

pius, quos tali munuſculo nuſquàm ditaverat Fortuna. Minutioris inſtar ſpeculi opuſculum habes, ubi ſi Regni noſtri omnia ſimul membra, & extenſam Gigantis hujus imaginem haud unà contemplari ſit Venia; Vultûs tamen lineamenta, Oris Pulchritudo minimè Vulgaris, delicata rerum Facies (quâ ſolâ ædepol te fælicem ſatis ſuperque redderet Amaſia) è facili veniunt diſquirenda.

Largiuſculè depinxit hæc Anglicè Edvardus Chamberlain, *Legum Doctor, vir de repub tùm Civili tùm literariâ bene meritus, nec non nominatiſſimus. Sed cum te certiorem faciam ut ille* Notitiæ *Scriptor in Oratorem ſæpius (populi Nequioris perſuadendi ergo) mutatur, ut miram ſæpenumerò Verborum vim exquiſite & ſolenniter affert venaturque &c. nullus dubites me Tibi juſtum fuiſſe, cum pedetentim & per omnia illum*

non

non ſim ſecutus, cum te à Carceribus per rectiſſimos tantum tramites ad metam actutùm duxerim. Næ Materia libri plerumque Vaga eſt, fluxa nimis & Infida. Argumento ſit Opus illius qualibet Editione (quarum quidem multæ) pro rebus natis haud parùm mutatum iri, in majus auctum, & uni tantum anno (Calendarij ad exemplum) quadraturum. Effecere hoc Officialium Aulæ Regiæ inſervientium, omiſſis nè quidèm Lippis & Tonſoribus, infinita nominum ſeries & farrago; Procerum Temporalium & Spiritualium, *Miniſtrorum circa* Portus *& Tribunalia Catalogi, & id genus certè quamplurima; adeo ut nonnullis aut Morte aut Mandato regio deturbatis, & librum tunc credas de Vitâ migraſſe, Capite minui, eodemque affectum ſupplicio. Memor tamen ſis (mi Lector) me Authori nequaquam Vitio daturum hæc (pæniteat enim*

me

me à tanti viri excellentia vel latum unguem iviſſe diſceſſum) ſed omnia in ſcenam ideo miſiſſe, quo perſpectum habeas. tua nihil intereſſe ut cognoſcantur, ipſis licet incolis fiant gratiora & ſcitu forſan dignissima. A qualibet ſede Officialium ſolùm Numerum *à me expectes Velim. Quos majoris Pretii fecerat ipſorum Eminentia, quos in Deos evexit haud in ſui dedecus Fortuna, Nomina illorum edoceat fideliter ſatis Fama & Tibi vel invito denunciet. Arrideat igitur velim, quod (quibuſdam de novo additis) ſic omnium horarium opus, quod* Angliam, *pxnè Socratis more, eodem uſque Vultu ſpectandam exhibuit*

Oxon. è Coll. Nivo 14 die Octob. 1685.

Tui

Studioſiſſimus

THO. WOOD.

Angliæ diviſio Secundum juriſdictionem Temporalem.

B	*Comit.*	*Civ.*	*Epiſ.*	*Munic.*	*Mercat.*
Edfordiæ		0	0		10
Bercheriæ		0	0		11
Buckinghamiæ		0	0		11
Cantii		2	2		17
Cantabrigiæ		1	1		06
Ceſtriæ		1	1		09
Cornubiæ		0	0		23
Cumberlandiæ		1	1		09
Derbiæ		0	0		08
Devoniæ		1	1		40
Dorſetiæ		0	0		18
Dunelmi		1	1		05
Eboraci		1	1		46
Eſſexiæ		0	0		21
Glouceſtriæ		1	1		20
Herefordiæ		1	1		08
Hamptoniæ		1	1		18
Hartfordiæ		0	0		18
Huntingdoniæ		0	0		05
Leiceſtriæ		0	0		11
Lancaſtriæ		0	0		08
Lincolniæ		1	1		30
Munmuthiæ		0	0		06
Middleſexiæ		2	1		03

Norfolciæ

Norfolciæ	1	1	27
Northamproniæ	1	1	11
Northumberlandiæ	0	0	11
Nottinghamiæ	0	0	21
Oxonii	1	1	10
Rutlandiæ	0	0	02
Salopiæ	0	0	13
Suſſexiæ	1	1	18
Somerſetiæ	3	2	31
Suffolciæ	0	0	28
Staffordiæ	1	1	15
Surreiæ	0	0	06
Warwici	1	0	12
Wiltoniæ	1	1	21
Weſtmorlandiæ	0	0	04
Worceſtriæ	1	1	07
Angleſey	0	0	03
Brecknock	0	0	03
Cardigan	0	0	04
Carmarden	0	0	06
Caernarvon	0	1	05
Denby	0	0	03
Flirt	0	1	03
Glamorgan	0	1	07
Merioneth	0	0	03
Montgomery	0	0	06
Pembrock	0	1	06
Radnor	0	0	04
52	25	26	641

Diviſio

Diviſio Secundum juriſdictionem Eccleſiaſticam:

	Paroch.
CANTUARIENSI Archiepiſcopo Cantii pars	257
Roffenſi Cantii pars	98
Londinenſi Epiſ. Eſſexia, Middleſexia & Hartfordiæ pars	623
Wintonienſi Provincia Hantoniæ, Surrey, Vecta, Jerſeia, Garnſeia.	362
Lincolnienſi Prov. Lincoln, Leiceſter, Bedford, Huntingdon, Buckingham, & Hartfordiæ pars	1255
Ciceſtrenſi Suſſexia & Hartfordiæ pars	250
Sarisburienſi Wiltonia & Bercheria	248
Exonienſi Devonia & Cornubia	604
Bathonienſi & Wellenſi Prov Somerſetenſis	388
Gloceſtrienſi Gloceſtrenſis Provincia	267
Wigornienſi Wigornia, & Warwici pars	241
Lichfieldienſi & Coventrenſi Warwici pars, Stafford, Derby & Salopiæ pars	557
Herefordenſi Herefordia, Salopiæ pars, Wigorn. pars, & Salop pars	313
Elienſi Provincia Cantabrig.	141
Nowicenſi Norfolcia & Suffolcia	1121
Oxonienſi Oxonienſis Provincia	195
Petroburgenſi Northamptonia & Rutland.	293

Sub

Briſtol-

Sub

Briſtolienſi Dorſetia, & urbs Briſtoliæ 236
Landavenſi Mummuthia, Brechinia, Glamorgan & Radnoriæ pars 177
Menevenſi Pembrochia & Caermarthen. 308.
Bangorenſi Carnarvan, Angleſey, Merioneth & Denbiæ pars. 107.
Aſaphenſi Denbiæ pars & Flintiæ pars. 121.
EBORACENSI Archiepiſcopo, Prov. Eborac. & Nottingham. 581.
Ceſtrienſi Ceſtria, Richmondia, Lancaſtria, Cumb. pars, Weſtmoreland. pars, Flintiæ & Denbiæ pars 256.
Carleolenſi Cumb. & Weſtmorland. pars 92.
Dunelmenſi Dunelmum & Northumbria 135
Sodorenſi Epiſ. minimè tamen Regni Baronc, Mona Inſul. 17
Parochiæ autem aliæ Dioceſi Cantuarienſi *peculiares* 57

E quibus Eccleſiis 3845 ſunt appropriatæ, id eſt, quæ Monaſteriis olim erant unitæ, jam illis ſubverſis, feuda facta laicalia.

ANG.

ANGLIÆ NOTITIA.

PARS I. CAP. I.

De Angliâ in Genere.

ANGLIA ab Anglis inferioris Saxoniæ populo conſecuta nomen, inter gradus Longitudinis 17 & 22, & quinquaginta & 57 Latitudinis ſeptentrionalis, collocatur. Forma ejus triangularis ſecundum Longitudinem à Berwico ad Antiveſtæum (Ang. *Lands End*) ſeſe effundit per 386, ſecundum latitudinem á Sandwi-

Nomen Angliæ, Clima & Dimenſiones.

cho ad Antiveſtæum per 279; totus verò Circuitus 1300 Milliaria complectitur, illâ interim triginta circiter centena millia jugerum numerante.

Diviſio. Eccleſiaſtica Adminiſtratio illam in duas provincias ſeu Archiepiſcopatus, *ſc.* Cantuarienſem & Eboracenſem dividit: Illi autem in 26 Diocæſes, quæ in 60 Archidiaconatus, qui in Archipresbyteratus, qui & rurſus in Parochias diſtribuuntur.

Temporale regimen in 52 Comitatus, illi autem in Centurias, hæ in decimas diſſecantur. Urbes vigiuti quinque, 641 oppida Mercatoria, & 9725 Parochias numerat, ſparſis quinetiam hinc & inde pagis, qui Parochias imitantur.

Aer. Aer ejus mollis & temperatus, quamcunque Continentis partem

tem noſtro Climati ſubjacentem, nè dicam ſalubritate certè lenitate & temperie, tranſcendit.

Prædivite ſolo fælix multos jactat fontes & fluvios, & hinc inde flumina (qualia ſunt Tameſis, Humbrus, Trenta, Sabrina *&c.*) navibus onerata. Steriles montes, immanes ſcopulos vix fatetur; ſed ſurgentes ubique amæni colles ſuos infra deſpiciunt valles ſegete, gramine, & ſylvis coronatos. *Solum.*

Quod ad illius Commoditates; ſi *cibos* ſpectes, multa Bovium, Porcorum, Ovium, Damarum, Cuniculorum & Leporum Copia, pænè dixerim Luxuries. Hircos hic, Cervos, & Capreolos depaſcentes cernas. Gallinæ, Anates, anſeres, Galli numidici, Columbæ, Accipitres, Alaudæ, Perdices, Phaſiani, Pardali, Quer- *Commoditates.*

quedulæ, Turdi, Colluriones, Merulæ, Anates feræ, Anſeres feræ, Cygni, Pavones, Terraneolæ, Gallinagines, Coturnices, Ruſticulæ, Upupæ, Grues, Butiones, Buſtardi, Cornices, Milvi, &c. aveſque marinæ illam Laudant, & proprio quæque cantu eloquitur. Nec illam ſileant prorſus & Piſces, quales ſunt Haleces, unum Reipub. ſuſtentaculum, Salmones, Truttæ, Murenæ, Gobiones, Carpiones, Tineæ, Lucii, Percæ, Anguillæ, Abramides, Erythrini, Apuæ, Gammari, Pectunculi, Pſittæ, Leuciſci, Calleres, Scombri, Soleæ, Mænæ, Sardæ, Oſtrea, Aſtaci, Cancri, Squillæ, Trigones, Porculi, Mytuli, Conchæ, Congri, Rhombi, Capitones, Squatinæ, Pectines, &c. Quanta Pomorum, Pyrorum, Prunorum, Ceraſorum fæcunditas, quanta Tritici, Hordei, Secalis, Leguminum,

Avena-

Avenarum, Affluentia! Butyrum, Caseum amant ferè omnes & mirantur. Edibilium Radicum & Herbarum, pleno cornu Copia. Mala Armeniaca, Mala Persica, Uvæ, Mora, Ficus, Pepones, Mala Cotonea, &c. Juglãdes, Nuces parvæ & Avellanæ Castaneæque, Mespita, Ruba Idæa, Fraga, Uvæ Corinthiacæ, & Baccæ illam haud quaquam latent.

Et ad *Potationem* Cervisia Lupulata & illupulata, Cicera, Apiites, & Multum inter Anglos suos bene sapiunt. Tam constans denique horum successio ut Anglia nostra per annos 400 haud fami nota est, nec Fames Angliæ, sed quasi Terra Incognita per se floreſcens ipsam in aliis gentib. cernit incarceratam. Quod ad *Vestitum* attinet, Lanæ feraciſſima est, quod Luporum internecioni omnimodò vertatur.

Ad promovendum panni opus terra illa Cimolia quamplurimum neceſſaria, inter nos tantum nimis abundat. Lintei omnis Locuples, aut ſaltem 6oli Lino & Canuabi perqnam gratiſſimi. Abundat Coriis apprimis,adeo ut & pauperrimi paſſim calceis coriaceis obambulant, cùm inter alios Plebeculæ aut nullis aut Ligneis utuntur.

In *Ædificium* adſtat prope Lignea & ferrea materies, nec non Lapides, Scandulæ, Lateres, Teſtæ, Alabaſtrum, Cæmentum, Calx, Plumbum, Vitreum; In *Focum*, Lapides nigri, Lignum minimo pretio conducta. In Naves, inſigniſſimi præ manibus ſunt Quercus, & ferrum è Terræ Viſceribus, in Bombardas, &c. hoſtibus & tempore vix ſuperandas. Mira eſt Equorum Bello, venationi, Oneribus aptorum, Turba, adeo ut & Muli

& Aſini à nobis prorſus deſpicatui habentur. Canes cujuscunque magnitudinis & Uſus nutrit. Moloſſi nullibi gentium præſtantiores, ferocioreſque. Ex illa naſcitur ingens ſtanni, minor tamen Æris & Chalcanthi Theſaurus. Alumen, Salem, Lupulos, Crocum, Glycyrrhizam, Mel, Ceram, Sebum, Nitrum, Glaſtum, &c. poſſidet; & Argenti puriſſimi fodinis haud indiget. Balnea hic & Fontes Medicis inviſi ſeſe oſtentant. Vineas & ſericum haud averſatur Tellus. Immanes & Terribiles Belluæ, horrenda Serpentum venena, odioſæ Muſcæ vermeſque, ſiccitates, inundationes, Peſtes, Tempeſtates, Inſani ſub terra & furioſi ignes, Montes flammas evomentes, & tremendi terræ motus ſub noſtri vel notitiam vix cadunt. Oceano denique, & navibus portubuſque ſuis cincta, om-

omnium minas deridet & imbecillitatem; tantarumque benedictionum vix capax insula suâ pænè felicitatis magnitudine laborat, adeo ut & vitio consuluisse videtur Natura & nos nimium felices voluisse.

'*Terra suis contenta bonis non indiga mercis.*

'*Quicquid amat luxus, quicquid desiderat Usus*

'*Ex te proveniet, vel aliunde tibi.*

Pecunia Annuli hic olim Ferrei pecuniæ supplevère vices usque dum à Româ (haud diu ante Christum natum) Aurum, Argentum & Æs conflatum excusumq; Littus nostrum salutavit. De librâ *Argenti* Trojanâ (ex quo regnavit Elizabetha) 62 prodibant solidi; & exinde Coronati

nati quinque ſolidis, & uncia fere Trojanâ conſtantes, ſemi-Coronatus, Solidus, ſex Denarii, quatuor Denarii, tres Denarii & unus denarius inter nummos Argenteos apud nos hodiè numerantur. Libra *Auri* Trojana 44 partes & dimidium, effundit, parte qualibet illius viginti Solidos, & illius partis parte dimidiâ decem Solidos, promittente. Quadraginta aut Centum Solidos aliæ partes haudquaquam inferiores jactant & oſtentant.

Proportio Auri ad Argentum inter nos eſt, ut 1 ad 14, addita illius ferè tertia parte; *i. e.* Uncia una Auri 14 Unciis Argenti, & tertiæ pænè parti, aut monetæ Anglicanæ 3^{l} 14^{s} 2^{d} æquivalet. Monetæ noſtræ, malleis rejectis, mola tantum procuduntur & ſignantur, unde tanta illis acceſſit venuſtas tanta

ta a fuco ſecuritas, ut multorum Theſauri præ illis ægrotari videntur. Ut autem moneta hæc puritate & pondere haud fiat Orbata, ſumma ſagacitate cautum eſt, ut monetariæ Officinæ præfecti ad privatos Regis Conſiliarios annuatim pecuniarum ſuarum ultimo anno excuſarum deferant ſpecimina, uſq; dum à diligentiſſimà 24 aurificum inquiſitione cum honore demittantur. Pauperum neceſſitatibus providentes nos, exiguũ è Cupro aut Stanno Nummulum quadranti parem in vulgus miſimus, ea tamen lege ut invito receptore reditui & debito neutiquam ſatisfaciat.

Ponderа. Ponderum duo inter nos ſunt genera, Trojanum & Mercatorium, Gallicè *Aver du poiſe* dictum.

In pondere Trojano 24 tritici grana

grana pondo Denarium, 20 pondo Denarii Unciam, 12 Unciæ Libram producunt. Hujus ponderis examinationi ſe tradunt Margaritæ, Gemmæ, Aurum, Argentum, Panis & omnis frumenti farrago. Huic etiam debent Pharmacapolæ, medicatis perperam licet & ſpuriis nominibus illo abutuntur.

Libra Mercatoria 16 Uncias ſibi vendicat, hujus verò Uncia Trojanâ levior in 480 Grannis, 42, id eſt decimam prope partem, ut illi fiat æqualis, requirit. Hoc pondus quærunt Merces Mercatoriæ, Caro, Butyrum, Ferrum, Cannabis, & quæcunque Quiſquilias & Sordes poſt ſe relinquunt. Hinc oritur ut 112 libras centuſſim dicamus.

Menſuræ ſunt Applicationis vel Receptionis. Applicationis menſura minima in Granno hor- *Menſuræ.*

dei

dei latitat, quorum 3 ſecundum longitudinem poſita digitum aut *Inch* efficiunt, Digiti quatuor Manipulum, 3 Manipuli Pedem, Pes & ſemipes Cubitum, 2 Cubiti Virgam, aut *Yard*, Virga & pars quarta Ulnam, 5 Pedes paſſum Geometricum, 6 Pedes Orgyam, aut *Fathom*; 16 Pedes & ſemipedes Perticam, 40 Perticæ Stadium, 8 Stadia Milliarium Anglicum, oſtendunt. Menſura Receptionis eſt duplex, Liquidorũ vel Aridorũ; Minima Liquidorum menſura Libræ fere Mercatoriæ æquivalens *Pint* nuncupatur, quorum duo *Quart*, 2 Quarts *Pottle*, 2 Pottles *Gallon*, 8 Gallons *Firkin* cerviſiæ illupulatæ, 2 Firkins *Kilderkin*, 2 Kilderkins *Barrel* Cerviſiæ lupulatæ, 1 Barrel & illius dimidium *Hogſhead*, 2 Hogſheads *Pipe* aut *Butt*, 2 Pipes *Tunnam*, Pintis aut Libris

1728 conſtantem, efficiunt. Vini menſura Cerviſiæ menſuris minor, ad illas ut 4 ad 5, accedit. Minima Aridorum menſura eſt *Gallon* ab aliis diſcrepans, 8 tamen Libris Trojanis æqualis, quorum duo *Peck*, 4 Pecks Modium, 4 Modii *Comb* aut *Curnock*, 2 Curnocks *Quarter*, & decem Quarters *Laſtam*, Libris prope 5120 conſtantem, monſtrant.

Templa & Structuræ publicæ ſiccos & duros Lapides tegumento Plumbeo opertos admittunt. Ædes baſilicæ, * Cathedrales, & Collegiatæ ubicunque ſuperbæ & inſolenter magnificæ; Sacræ etiam Ruſticorum Ædes pari fere faſtu exurgunt, & Pyramidibus Turribuſque or- *Ædificia.*

* *Videſi Dugdal. Monaſticon Anglicanum.*

natæ ſe mutuo in excellentiæ & celſitudinis certamen videntur provocare. Urbes noſtras olim Ligneas, jam nunc Saxeas aut Lateritias, tegula aut Latere coronatas invenies. Conclavia & Thalamos, quos opere olim inteſtino & tabulato, jam aulæis & plagis veſtitos ſpectes; tectis laqueatis impendentibus, ut flammarum, frigoris, & ſtrepitus &c. furorem propulſent Avertantque. Ædificia inter nos hodierna forma & pulchritudine antiqua ſuperent, illis tamen perpetuitate & perennitate cedant oportet. Tanta autem omnium excellentia & felicitas ut Deum gentem regum conſtituiſſe credas.

CAP.

CAP. II.

De Angliæ Incolis.

PRimi hujus * Incolæ Britones à Gallis orti audiant. Deinde à Romanis ſubjugati, iiſque ad bella domeſtica redeuntibus, in Pictorum Scoticorum manus inciderunt. Hiſce ſuccedunt Dani, Normanniique, adeo ut horum omnium ſanguinem, in nobis hodiè fluitantem ſentiamus. *Incolæ*

Vario Jure (prout ſit occaſio) *Leges.* Gubernantur Angli, Lex primò *Municipalis* aut *Communis*, à veteribus conſuetudinibus ab *Ed-*

* *Multum de hac Cambdeni Britannia f. 16. &c.*

vardo Rege, *Alfredi* filio, annum circiter 900 in corpus collecta unicè quidem & inſigniter oppidò populi Genio quadrat. Secundo *Statuta* à Rege & Parlamento cõprobata, ſilente ſæpius jure Municipali, evocantur. Deficientibus, his ſuppetiis eſt Jus *Civile* & *Canonicum*. *Foreſtarum* autem Lex ſuos limites ſc. Saltus & *Foreſtas* haud tranſeat. Jus Caſtrenſe milites tantum belli temporibus ſpectat; pro lege verò & ratione Præfecti tunc ſtat voluntas & Arbitrium: His addamus Mores & *Conſuetudines* cuilibet loco proprias, quæ Legem omninò ſapiunt.

Summa Religionis Anglicanæ amiciſſimè ſeſe ſcripturis adjungens ſemetipſam * 39 Articulis & * Homiliarum libris patefecit. *Diſciplinæ* modum * Liturgia nec non * Canonum li-

* Quæ vide. ber

ber oſtendunt ; unde in peregri-norum oculos illius erumpat ſul-gor, unde ſeſe Eccleſiam omni-um exemplar, Puriſſimam, Hu-millimam, Innocentiſſimam, Do-ctiſſimam, Antiquiſſimam, ſine faſtu Nitidiſſimam & perfectiſſi-mam cum modeſtia conſitetur. Unde Reformata verè audit, unde in medio tutiſſime obãbu-lans hinc ſuperſtitionem, & Am-bitionem illinc ſordidam Anar-chiæ confuſionem ſpernit, & te-nuitatem. Cæteram farraginem quam Presbyteriani, Indepen-dentes, Anabaptiſtæ, Tremuli, Adamitæ, Familiſtæ, &c. Cõpo-nunt, à re prorſus exiſtimemus.

De unica Judæorum Syna-goga ex gratiâ Regis conceſſâ, vix fiat mentio. Papiſtarum non adeo excellens numerus ut peri-culum aut ruinam reipublicæ minentur. Aſtrologis multum & mentitis ſatidicis noſtra ſem-

auſcultavit Plebecula, & quæ timor aut inſania ſuggeſſit monſtra, velut capiti impendentia, exhorruit. Hinc omnia peſſum dare, hinc ſacræ paginæ vim inferre, & ſcripturam in ſui ſuorem detrahere.

Inter Inſulæ noſtræ vitia principatum olim obtinuit Libidinem & ſalacitatem paritura, Delicata & immenſa Voracitas. Cum quater indies appoſitâ multa Cereris & Bacchi copiâ, rarior venibat Pudicitia & (dicam) tantum non nigro Cygno ſimillima. Gulæ & Libidini, vitiorum excellentiſſima aſſidebat corporis ornatui intenta multum, Superbia. Cujus adeo olim apud omnes viguit autoritas, ut tantæ *obſcœnitati* non niſi ſeveris legib. & Homiliis illam perſequentibus ſuccurri potuit.

Ebrie-

Ebrietas à Belgis mutuata adeo inter omnes viget, ut vix digniſſimi quidem nominis viri amicos admittant hoſpites ſine multa Ebrietatis ſuſpicione; & precatâ hic Aliorum ſalute, ſine multo ſui diſpendio. Unde Capaciſſimus neſcio quis & paraſiticus ſæpius adſtat Nebulo, qui ſolus omnes in certamen adeo deteſtandum provocat. Admiſſo autem jam tandem potu Turcico, *&c* habitat paſſim ſobrietas; multa etiam impreſentiarum fit circa cibos Temperantia, & maxima in veſtitu Modeſtia. Sodomitæ, Venefici, Sicarii, Monomachi rarò inter nos exurgunt. Prodigalitati tamen adeo obnoxii Nobiles & Generoſi quamplurimi, ut Frugalitatem (mirum) inter vitia velint numeratam.

Ingenuitas omnium liberalis, *i.e.* dolo-

tes.

dolorum fraudumque neſcia, de omnib. bene ſentit, ſumma velut & ſibi ſimillima inter omnes eſſet probitas. Hinc ipſos inter fœdera & pactiones hoſtium verſutiâ circumveniri, quos modò virtute & armis ſuperabant, notum arbitramur non nemini. Generoſioris ordinis viros ſimilam, aut farinæ triticeæ medullam peri hibent peregrini, plebem autem & populi fæcem viliſſimo velut furfuri parem Illud liberalis horum Educatio, & mira ſermonis Vultuſque affabilitas meruit, & jucundâ quadam dulcedine perfuſa Comitas: Hoc vero peperit alloquio difficultas, ſuperba & Ruſtica arrogantia, rugoſa & inconcinna moroſitas. Quæ quidem non peregrinis modo, verum & nobilitati adeo gravis, ut terræ fertilitatem nunc damnent ſublimes animæ, nunc ſeveras Taxationes, & vel Tyran-

rannidem optent; quo nativi ſterquilinii meminerint ſaltem ſemibeſtiæ ſordidiſſimæ. [Literis libriſque publicandis adeo laborioſè devoti hi incolæ ut in orbe literario repente prodeant peritiſſimi.

Scelera mortem minantia ſunt *Ieſa Majeſtas*, *Proditio minor* & *Felonia Læſa Majeſtas* plus minus licet deteſtabilis eandem (exceptâ nummorum adulteratione) á Legib. vindictam ſuſcipit: nimirum ut perduellis crate ad crucem pertractus Laquei pœnas deguſtet; 'dein diſſectis ſe-'mimortui genitalib. & inter-'raneis coram facie comburan-'tur; præcidatur caput palo 'imponendum, reſiduumque ca-'daveris in quatuor Urbis portas erigendum; re interim familiari, Uxoris dote & nobilitatis titulo ad Regem redeunte. *Supplicia.*

Pro-

Proditio minor dicitur cùm ſervus Dominum dominamve, Uxor maritum, Clerus Præſulem &c. interficiunt. Hiſce ſceleribus crux tantum ſubvenit. Mulierum autem ſexui quiddam tribuentes, ut cujuſlibet proditionis rea inter flammas expiret concedimus. Feloniæ aliaque crimina Capitalia cruce diluuntur. Regni autem Pares horum ſcelerum Rei (Regis Clementiâ) ad Stipitem in genua velut ad preces devoluti, ſecuri percuſſi ſunt, & capite plectuntur. Si vero quis in judicio proditionis minoris aut feloniæ poſtulatus reſpondere recuſet, ſilentium illud & Contumacia morte magis horribili, tardâ ſc. in pectus Ponderum depreſſione, corrigitur. Salvum autem hic illorum nomen & divitiæ ad poſteros dilabuntur. Silentium autem læſæ majeſtatis reo minimè

ſub

ſubſervit, ſed pro confeſſo accipitur, bonis omnibus in ærarium reductis. In Feloniis illis ubi *Beneficium* & *jus clericatùs*, hoc eſt legendi, permittitur, ſtigmate ſignatur reus, literæque impreſſæ aut Furem aut Homicidam aut Vagum aut Nebulonem oſtendunt.

Parvum Latrocinium, Perjurium, Impoſtores, Libellorum famoſorum Authores, Læſæ Majeſtatis in aliis Occultatores, Hæretici, Ebrii, Vagi, fœminæque rixas affectantes &c vel incarceratione, vel pecuniæ mulctâ vel corporali pœna corriguntur.

Lingua locupletiſſimè perfecta atque elegantiſſima è peregrinorum floſculis & ſuavitatibus diſcerpta, Saxonib. præſertim Dialectum Teutonicam ſequentibus, & Normannis Gallicis, non tamen cum omni Britonum, Romano- *Lingua.*

manorum, & Danorum oblivione ſui debet originem: Anglià non inconcinnum reputante ut eadem eſſet Linguæ & Sanguinis mixtio. In voluminibus Curialibus, Brevibus, Diplomatibus, &c. quibuſdam etiam in Legibus requieſcit adhuc Latinitas. Linguam Gallicam aut potius Normannicam Leges Municipales amant. Appellativa Nomina á Saxonib. plerunque mutuantur. Venatio, Aucupium, Ludus talarius, Saltatio & Gallicis etiam nominibus hodie fruitur & ſuperbit.

Nomina Noſtra in Baptiſmo nomina aut à Saxonibus quale eſt *Edvardus*, aut à veteri & Novo Teſtamento ut *Abrahamus*, *Johannes*, defluxere. Nomini Chriſtiano impoſitum eſt ſupernomen aut à *Dignitatibus* aut *Habitationibus*, aut à *Patre* addito ad finem

ſinem termino *ſon*, ut *Johnſon* &c. A Parentum etiam contractis nominibus, Litera *S* ad finem deſignatâ, aſciſcitur cognomen. Sic *Hobs* à Roberto. Quidam a ſuis Artificiis, Officiis, a Vultûs forma & colore, à Beſtiis & Avibus, denominantur.

Inſigniſſimam (ob aeris ſalubritatem) Corporis ſymmetriam, candidam & delicatam oris pulchritudinem habent Angli, & longe ante omnes perfectiſſimam, ſi de fæminis tantum res erat. Eadem etiam forſan de cauſâ cætera Animalia qualia ſunt Equi, Boves, Canes, Galli, *&c.* exactioris compoſitionis perigrinis extorquent encomium. *Forma.*

Sine magno infamiæ crimine Anglos carnium Helluones dicimus; mari, fluminibus, & Piſci- *Cibus.*

nis quotidie licet Piſcium varietates pollicentibus. Quater olim indies convivis & ferculis, onerabantur Menſæ, Graſſante autem rebellione Cromwelliana decrevere ſimul Nobilium opes, & edendi Luxuries, adeo ut jam appoſito tantum copioſius prandio largiſſimè ſatis Genio indulgetur, ut minima vel nulla prolatâ cænâ, ſtomachorum requieſcunt, & in ſomnum abeant latratus. Secedente paululum gulâ & ebrietate, quicquid vacuum erat, ſupplevit maximum herbæ Nicotianæ deſiderium. Convivia publica frequentiam & prodigalitatem amiſerunt jam autem ſatis ampla ſunt & magnifica. Potuum, ut Relligionum, varietatæ hæc abundat inſula, Omneſq; gentes ex utriſq; ſuperat. Non ſolum enim Londinum mittit *Hiſpania*, *Gallia*, *&c.* diverſa Vinorum gene-

ra

ra, ſed illa aliorum potuum varietatibus gaudet, quales ſunt Vinum aduſtum ſeu Brandæum, potus Turcicus *Coffee* dictus, Apozema Americanum, i. e. *Chocolate*, potus Aromaticus, Cerviſia Brunſwicenſis, Melites, Apiites, Medo, Cereviſia lupulata & illupulata, Cereviſiæq; multæ ſpuriis nominibus & plurima farrago, quam quidem majorum noſtrorum ſtulta minimè inveniebat luxuries.

Indumenta & Veſtes noſtras varia jamdudum concinnavit Galliæ ſuperbia, ſed redeunte Rege *Carolo* ſecundo, redibat una cum Nobilibus, & Generoſis Cleriſque in veſtibus modeſtia, & pulcherima ſimplicitas. Evanuere paſſim ſpecioſæ hæ majorum nugæ, niſi quod ab Artificibus quibuſdam, & plebe, ſerviſque animalculis colorum om- *Veſtes.*

nium & novitatis avidiſſimis) eſſent revocatæ.

Ludi. Maxima Ludorum varietas ubique commendat Angliam. Saltus enim & Theriotrophia ferarum fæcunda Regi ſunt oblectamento & voluptati. Hinc Cervorum, Damarum, Vulpium, Lutrarum venatio, hinc Circus venatorius, Equiria, &c. hinc Sphæromachia, Pila clavaris. Sphæræ Eburnæ luſus, Comediæ, Luſus Larvatus, Choreæ, Cantilenæ, *&c.* illius animum jucunditate perfundunt & demulcent. Nobiles etiam & Generoſos Theriotrophia, Cuniculatia, Volucrum Illicia, Circi venatorii, Equiria, Venationes, Piſcatura, Aucupium, Canes ſubſidentes, Vertagi, &c. Anatum venatio, Gallorum pugna, Sclopeta aucupatoria, Aucupium nocturnum, Perticæ Piſcatoriæ,

Re-

Retia Piſcatoria, Sphæromachia, Globorum luſus, Sphæræ Eburneæ, Tabula luſoria, Abacus, Pictæ Chartæ, Aleæ, Hiſtriones, Quæſtiunculæ, *&c.* afficiunt, & exhilarant. Artifices & Plebem movent capiuntque pila palmaria & pedalis, Alveus luſorius, Pila paganica, Certamen bacillinum, Taurorum, Urſorum, Canumque pugna, Jaculatio, Bacchanalia fuſtem mortemque gallis minantia, Alectoro machia, Globorum & diſcorum luſus, Saltus, Ars Atheletica, Ferri projectus, *&c.* atque Anglis ſolum nota magnarum Campanarum pulſatio.

Angli aliique Stylum veterem & Julium Cæſarem ſequuntur, aliis interim in Stylum novum & Gregorianum, noſtram computationem decem dies præcurrentem, jurantibus. Si ſecundum *Computatio.*

Calendaria noſtra procedamus in primum Januarii diem ſuum inter nos Annus inſtituit curſum; quantumvis licet Eccleſia & reſpublica à Chriſti incarnatione ſc. à 25to die Martii annumerant. Omnis verò inter nos dies (propriè ſic dictus) 24 horis conſtans veterem Romanorum conſuetudinem ſequitur, quæ media nocte diem modò natum agnoſcit, per 12 horas ad meridiem & totidem iterum ad mediam noctem, revoluturum.

Numeratio. Anglicus omniſque Occidentalis Orbis ante annos 400 ultimò elapſos verba tantum numerantia ſcriptis depoſuere; Mauris autem ab Indis tandem eruditis figurarum uſus *viz.* 1, 2, 3. *&c.* Chriſtianis oſtenditur.

CAP.

CAP. III.

De Generali Angliæ Regimine, ejusque Rege, Regina, Liberisque.

ANglia est Monarchia, Hæreditaria, Paterna, uni tantum Regi & summo moderatori submissura; qui secundum constitutas regni leges & Consuetudines de æquo inter omnes & bono judicet. Interregnum & electivæ Monarchiæ confusiones perosa, Demortui statim in solium tanquam in cunas (ut ait quidam) regium quantumvis infantem tranferri petit, jactantibus insuper legibus regem Angliæ nunquam mori. *Ejus Regimen.*

Rex apud nos hodie JACOBUS *Rex,*

BUS Secundus audit CAROLI Primi Filius.

Titulus Regis Titulus hodie in uſu *ſc.* Angliæ, Scotiæ, Franciæ & Hiberniæ Dei gratiâ Rex, fidei defenſor, modeſtiſſimè inter omnes audit. Fidei defenſoris nomen à Leone Decimo, Henrico Octavo Lutherum libro & argumentis propulſanti datum. Per Fidem autem jam, (interprete Parlamento) Anglicanam & Apoſtolicam intelligimus. Dicitur Eccleſiæ primogenitus, predeceſſore (ut fertur) *Lucio* ante omnes Reges fidem Chriſtianam amplectente. In ſyngraphis ſuis & Epiſtolis verbo *Nos* & numero plurali utitur, auguſtius velut ſonituro.

Inſignia Arma aut Inſignia ejus ſic ſe exhibent. Primus ſcuti quadrans *Galliam*, aut in cærulea parmâ tria

tria lillia aurea habet *Anglia* inſignibus regalibus immiſta, quæ in ſolo coccineo tres Leones, ore obverſo incedentes, altero alteri ſuperimpoſito, oſtendunt. Secundus ſcuti quadrans *Scotiam*, ſeu Scutum aureum cum Leone rubro erecto intra ejuſdem coloris Limbum duplicem utrinque liliatum. Tertius Quadrans *Hiberniam*, vel Citharam auream cum chordulis argenteis cæruleo in ſcuto depictam repræſentat. Quartus quadrans ad primi modum formatur. Omnia hæc Periſcelide (vulgò Garterio) digniſſimum illum ordinem deſignante (cujus & inſcriptio eſt, *Hony ſoit qui Mal y penſe*, i e. Malum illi qui male cogitat) complectuntur. Super quam verò Periſcelida erigitur Caſſis, amiciturque parma Mantelio, ſive pallio, auro intexto, cujus & duplicatio eſt Muris Armenii inſtar, maculis

lis reſperſa. Mantelio huic Regalis imponitur corona, quæ Criſtæ nomine Leonem coronatum obverſo ore gradientem, evehit. Suſtentant omnia hæc Leo hinc aureus, obverſo ore, coronatus & erectus; illinc argenteus unicornis, torquatus & corona ornatus: cujus collari autem affigitur catena aurea per crura dimiſſa & in tergum repoſitâ. Stant ambo erecti, verbo & inſcriptione Regis noſtri (ſc. *Dieu & mon Droit*, i. e. *Deus & meum Jus*,) ſub pedibus exaratâ.

Dominia. Inter Regis noſtri Dominia numerantur Anglia, Scotia, Hibernia & Galliæ jus, Inſulæque omnes mariaque circum-affluentia. Affirmat enim noſtra Lex tam * Oceanum quam Terram Majeſtati illius auſcultaturam;

* *v. Seldeni Mare Clauſum.*

quo

quo etiam ſit ut non niſi veniâ conceſſâ, & (prætereunte nave præſidiara) deductis in obedientiæ notam velis, illic navigent peregrini aut piſcantur. Hic quinimò nati, & in aperto cælo prodeuntes Infantuli, ſine ulla civitatis donationis ſolennitate, deſerto tandem patre Neptuno ad communem omnium hæreditatem & libertatem admittuntur. Imperat inſulis plus minus quadraginta, præ foribus ſuis quaſi poſitis, noſter Monarcha. Deſpicit infra ſe ſuam *Jerſeiam*, *Cæſaream Aldernay* & *Sark*, *&c.* Normanniæ appendices; è longinquo autem & in Americâ *Angliam novam*, *Virginiam*, *Bermudam*, *Jamaicam*, *Barbadam*, *Novum Belgium*, *&c*; Agnoſcit etiam illius autoritatem Orientalis India.

Regis ærario 1200000^{l}, importa- *Patrimoniũ.*

portationum & exportationum, Caminorum & potuum Anglicorum pretia, principatuſque Walliæ, Cornubiæ & Lancaſtriæ ducatus, Decimæ, Primitiæ, &c, annuatim traduntur. Nihil autem ex avaritia & injuſte hic extrahuntur divitiarum, nemo hic honores nundinetur &c, ejulatio omnis & oppreſſio ad peregrinas gentes exulat. Divitis Regni duodecima tantum pars aulæ noſtræ ſuſtentat pompam, gloriamque verè ſplendidam. Obgannient itaque homunciones aliqui triobolaria ſua munera luxui aulico inſervire; fremat autem mare navibus hoſtium oneratum, detonet in ipſos cælum, ad Regias ſtatim alas decurritur; ubi invitò fatetur ingrata Colluvies ſe mitius potuiſſe tyrannidem ferre, quàm libertatem tam minimi conductam, & indulgentiam,

Con-

Conſideremus primo regem Poten-
defendentis agentem partes. tiæ.
Ecce, vaſtæ & immenſæ arcis ad inſtar, Mænia illius pæne avibus invia, foſſa altiſſimâ & latiſſimâ, *ſc.* Oceano, munita; naves optimè omnium ædificatas, ignis mortiſque plenas. Ecce intus Milites & Equos, cibi & armorum copiam, omneſque veſtibus & pecuniis plus ſatis ſuffultos; adeo ut ſi Univerſi orbis conjunctæ in illam jacularentur inimicitiæ, decennale pluſquam, & Trojanum ultra feret obſidium.

Jam autem Regem alios provocantem intueamur. Ecce ducentis millibus militum pedeſtrium, quinquaginta millibus equeſtrium ſtipatum. Hiſque omnibus ita ex Angliâ depromptis, ut nec ex Anglia depromi ſentias. En infractos Anglorum animos, ferreos & alacres, conſtan-

tes & agiles. En oculos & aſpectus in bello micantes, eamq; cum morte familiaritatem. Spectet hinc omnis centum & ſexaginta naves præſidiarias, amplas & ſolidas, ducentas illinc mercatorias aliis vix inferiores; has autem omnes, ſi non nautis optimis, optimis certè militibus marinis impletas. Noſcunt hæc omnia ægroti adhuc vicini, & gloriæ noſtræ veritatem fugà confeſſi. Sentiant ex belli ſucceſſibus victoriam potius Regem noſtrum quæſiviſſe, quam illum victoriam: Ad tam infinitam denique claſſem parandam, ſurgit vectigal quoddam terreſtre ex illis tantum commoditatibus & indictionibus excitatum, quæ aliter luxuriam alant & deſidiam

Rex Angliæ eſt *perſona ſumma mixta cum ſacerdote ſummo.* Ad Coronationem oleo inunctus, veſtib. ſacerdotalibus (Dalmaticæ

cæ & Colobiæ dictis) induitur.

Velle, & animo tantum regi mortem inferre, læsæ Majestatis subit reatum.

In sacræ Majestatis repræsentatores idem est ac in ipsum regem scelus. Et ne lateſcat alibi perduellionis iniquitas in ipsis Lunaticis & Stolidis eodem prorsus modo & severitate castigatur.

Officium illius est (ut coronationis ostendit Juramentum) privilegia, Libertates Ecclesiæ & Clericatûs, Regiæ suæ prærogativæ, consuetudinum Legumq; æquitatem sartam tectam conservare &c. *Officium.*

Prærogativæ illius aut jure gentium, aut jure Municipali, aut Statutis decretisque Parlamenti confirmantur. *Prærogativa & Exactiones.*

Illi Emanat autoritas ut solus

ſine ſenatûs conſenſu bellum aut pacem è ſinu excutiat, ut de legatis, induciis, fœderibus, militum conſcriptionibus &c. fiat unicus arbiter; ut armamentaria, apparatus bellicos, Portus, Naves &c. pro libitu aſſignet.

Ut pecuniarum publicarum fiat verè dominus, ut penes ipſum ſit æſtimatio, forma, fondus. A ſe Unico fit Parlamenti conſeſſus, Diſſolutio &c, Legi roganda nullâ prolatâ cauſâ recuſet illius Omnipotentia animam infundere, utriuſque Ordinis ſenatorum licet ſuffragiis ſit formata.

Augeat ille *Baronum* & *Burgenſium* numerum.

Illius tantum voto nutuque rebus ſuis præponuntur præfecti tam marini quam terreſtres, Magiſtratus, Conſiliarii, Epiſcopi & cæteri reipub. munifices.

Ex illius tantum diplomatibus

bus exurgunt Collegia, Comitatus, urbes, Nundinæ, Scholæ, &c.

Illi leges relaxandi jus eſt, ubi æquitatis benignitas moderationem exorat.

Æs regi debitum á Teſtamentorum curatoribus primò perſolvendum, debitore á creditorum aliorum actionibus interim liberato.

In quæſtionibus dubiis ſemper pro rege præſumitur.

Ut filium natu maximum & quindecim annos natum equeſtri Rex cohoneſtet dignitate, filiamque ad ſeptimum ætatis annum det nuptum, á populo vectigalia exiget.

In captivitatem redacto rege, æſtimatur ſtatim cujuſlibet cenſus, & à ſubditorum opibus redemptionis colligitur pretium.

Si debitor in jus vocatus ſeſe in Domum ſuam recipiat, contra omnia foris pericula ſecurus

ab aliis latet; poſcente autem regis pro partibus officiario introitum, ad illum vel viam inveniat vel faciat oportet, adeo ut nec arces prorſus inexpugnabiles contra Regem fiant Munimento.

Summus ille Regni cuſtos illis potiſſimum imperat qui ſibimetipſis imperare neſciunt; hinc ſit illius curæ ſtultorum & Dementium ductus, horum interim divitiis in ipſius Ærarium, illorum verò ad hæredes, diffluentibus.

Rex eſt ultimus Regni hæres adeo ut poſſeſſiones omnes amiſſo hærede, aut inducta confiſcatione coram illo effunduntur.

Nationalis & Provincialis Synodûs convocatio ipſum penes eſt.

Ex prærogativis hiſce multæ adeo firmiter majeſtati inhærent, ut citius Clavam e manibus Herculis

culis extorqueas, ut ab illâ nunquam ſeparandæ, eodem modo quo à ſole radii emanare videntur. Fixæ & perpetuò conſtantes regem (ne vel ipſo conſentiente rege) exhæredari poſſe cloquuntur.

Ut Regem deceat, Diadema, Sceptrum, veſtem purpuream, Globum aureum & ſacram unctionem evectus in ſolium poſtulat.

Summus eſt Eccleſiæ Anglicanæ Ordinarius, ſummuſque regni juſtitiarius.

Stultitia, Vitia, Infamia regem nihil morantur; Diademate enī cinctus condemnationes quasvis Parlamenti licet decreto comprobatas, ſtatim excutit & Mortalitatem.

Extremi ſpiritûs exhalatio animam hæredi exhibet, & pœne vivus ſucceſſorem ſine coronationis ſolennitate è cinerib. ſpectat reſurgentem.

Om-

Omnipræſens curiis ſuis ubique intereſt, unde nudo cuiſque capite ſellam curulem ſive in Cubiculo ſacro ſive in ſenaculo ſuperiori poſitum ſalutant, & præſentem abſentiam ingenuè profitentur.

Omnipotens fontes à lege damnatos ab inferis ad vitam revocet; ex nihilo hos ad ſummam dignitatem creet, & hos etiam pro libitu ſuo in nihilum redigat.

Nulli poteſt injuriam facere nec errare.

Unusquiſque in genua procumbens ſui autorem teſtatur; in genua miniſtrant alii, & nudato quiſque capite (ne maximos excipimus) Majeſtatem agnoſcat.

Regum denique noſtrorū (inter multas alias) Prærogativa eſt, divinitatis dicam, an miraculi plena, quæ ab *Edvardo* Confeſſore primum demiſſa infeſtiſſimam

mâ illam peſtem Strumam nempe aut ſcroſulam(*The Kings-Evil* vulgò dictam) tactu ſanat, illamque medicâ arte ſuperiorem tantæ excellentiæ cogit ſubſcribere.

Adimperium ſucceſſus

Reges *Angliæ* neceſſitudine proximâ conjuncti, Regnum velut hæreditatem rogantibus legibus & conſuetudinibus petunt. Qui etiam ab unicâ tantum ſanguinis parte filius filiave, dicitur, in ſolium ſurgat; ſic ab *Eduardo* 6to ad ſemiſororem *Mariam*, iterumque ad *Elizabetham* redibat imperium, conſuetudine illâ in ſubditorum hæreditatibus minimè obtinente.

Demortuo Rege pereunt ſtatim omnes aulicæ & publicæ dignitates durante ſucceſſoris beneplacito.

Quicquid minorenni Rege à ſenatu in Leges ædificatur, ad vî-

vigeſimum quartum evectus annum diruat adultus, & pueritiæ obliviſcatur. Si enervis aut parum mentis compos, longâve annorum ſerie vexatus rei Monarchicæ haud ſufficiat, Protector aut Cuſtos ſtatim accerſitur. Eoſdem etiam Regis infantia, aut Abſentia quærit.

Angliæ *Regina.* Nullam niſi Regem Regina (Quæ eſt *Maria* d'Eſte Ducis jam Mutinæ Soror) ferat ſuperiorem. Maximæ dotis potita regiam ſeorſim aulam & ſuos officiales &c. jactat. Adeo quidem in deliciis habet illam Lex, ut vitæ illius aut pudicitiæ inſidiantibus perduellionis ſupplicium interminetur. Eodem denique honore & officio ipſam omnes quo & Regem proſequuntur. Sic & regis Vidua ſupra omnes ſubditos elata eoſdem ſibi cultus & dignitatem (ſecundo etiam in matri-

matrimonio quali quali) ancillantes habet.

Filius regni natu Maximus non prius in lucem quam ad Cornubiæ Ducatum deducitur, Reditibus illinc æque illi in diem natalem, ac viginti unos annos nato profluentibus. Procedente deinde tempore Walliæ Princeps creatur, illo ſolo ſibi Principis nomen aſciſcente. *Liberi.*

Arma ejus à regis inſignibus differunt tantum additione lemniſci trium partium, novem tortellis ornati; Principis autem Emblema corolla eſt tribus Struthionis plumis decorata, quæ inſcriptionem Germanicam, aut antiquè Saxonicam *Ich dien* ſuſtentans, ſubjectionem ſignificat. Idem cum rege ſæpiſſimè dicitur hic Princeps, inter ſubditos autem quandoque recedii, Regemque ſuorum honorum & vitæ autorem

torem, communi agnoſcit obſe-quio

Principis reditus è Cornubia præſertim mineriis ſtanneis ef-fodiuntur, addito etiam Walliæ Ducatu, rem familiarem libra-rum 20000 excitant. Filii nati minores ad nullam producti di-gnitatem, ſecundâ egent nativi-tate & Regis creatione ut in Du-catum aut Satrapiam pronunci-entur.

Filii hi omnes Conſiliarii naſ-cuntur, adeo ut & crepundia ſtatim diſcant, & imperii Ru-dimenta.

Filiæ Regis, (Quæ ſunt *Mariæ* Orangiæ Principi, & *Annæ Geor-gio* Daniæ Principi, nuptæ) Principiſſæ nominantur, cen-ſumque natu maxima in Dotem à *tenentibus in capite, &c.* poſtu-let. Virginiam illius Zonam illi-cite ſolvere perduelliones tan-tum audent.

Reg's

Regiis liberis *Regiæ Celſitudinis* ſubſervit Titulus; ipſis præſentibus nudo quiſque capite incedit, manuſq; illorum ſalutaturus in genua procumbit, &c.

Liberi non juſtâ geniti Uxore & illegitimi, Patris ſui & Majeſtatis verè conſcii Regiæ tantum ſtirpi locum cedunt. Cognomen, prout patri viſum eſt expectant. Angliæ verò geſtantes Inſignia Bacillum & Fimbriam Gobonatam habent additam, magnitudinis & infamiæ notam.

CAP. IV.

De Summis Regni Officialibus.

REgem, Reginam, & auguſtæ ſtirpis progeniem ſummi Officiales, numero novem, ſequuntur. E Primus

De Summis Officialibus.

Primus omnium magnus Audit *Seneſcallus*. Pro una vice conſtitutus Regiæ inſervit inaugurationi, huſque virtute Weſtmonaſterii ſedeat pro tribunali. Proceribus item illorumve uxoribus & Viduis Feloniæ & leſæ Majeſtatis poſtulatis judex eligitur; ubi emiſſâ tandem pro more ſententiâ, & candido diſſipato bacillo expirat illius dignitas, ipſumque credas judicem ſupplicio mulctatu.

Hunc ſummus excipit *Cancellarius*, ita dictus quia Diplomata omnia *&c.* à Rege diffluentia ſuæ ſubduntur recognitioni, & pro re natâ aut ſignaturam accipiunt aut *Cancellationem*. Poſt Regem (abdicato jam Seneſcallo) primus rerum civilium habenas moderatur. Sui muneris eſt ſigillum magnum cuſtodire, de rebus ſententiam ferre, neutiquam tamen juri Municipali, ſed conſcientiæ

&

& rationi in omnibus auſcultaturus. Magni ſigilli *Cuſtos* & Cancellarius idem ſonant, & durante tantum Regis bene placito conſtituuntur, niſi quod hic ultimus Diplomatis ſolennitate honoratur.

Tertio effulget *Ærarii Præfectus*, candidi baciſli traditione, aut (ut olim) aureis ſibi Fiſci porrectis clavib. (durante bene placito) creatus. *Baronis* titulum complectitur ipſum ipſius munus, reditusque regii curam, Scaccario & fidei ſuæ commiſſam. Illius nutu reguntur Importationes, Vectigalia, Portoria &c, nec non ab illo ſubſtituuntur horum Munifices: per quos rebus ſuis proſpiciens vaſtam negotii molem facile regit illius Diligentia.

Conſiliarius Capitalis proximam (durante regis placito) ſortiatur ſedem, Ipſius eſt negotia omnia

Consilio privato proponere, regique transacta quælibet deferre.

Quintus ab his esto *Privati sigilli Custos*, qui privilegia omnia, absolutiones &c à Rege dimanentia emittit, multaque id genus alia, quæ magno Sigillo haud indigent.

Munera hæc omnia multum olim Clero debuêre, magnamque in illis testata sunt peritiam & fidelitatem.

Sextus ablinc fit *summus* Angliæ *Camerarius* cujus est semet ad inaugurationem regiam accingere, ipsumque tunc vestire, & populo suo excultum dare &c. Senaculo superiori prospicit, ut et necessaria illic quælibet, ipsum commendant & ornamenta, primá procerum & Episcoporum creatione, Feudisque mercedem & præmium impertientibus.

Comes Stabuli (Ang. *High-Constable*

table, Mareſcallo ſuperior idem tamen cum illo ferè ſortitur muneris & dignitatis. In coronationes regum, & in Monomachias ſolenniores &c. creatur, tantâ tamen dignitate inſtanter exuendus.

Summus Angliæ *Mareſcallus* de rebus omnibus quæ bella aut arma reſpiciunt ubique faceſſit negotium. In Ergaſtulo Piratico (vulgo *Mareſcaltia*) judex de cunctis intra aulam regiam patratis criminibus ſtatuit & decernit.

Ultimus & Nonus eſt *ſummus* Regni *Thalaſſiarcha*, Angliæ (ut oſtendit Diploma ejus) & Hiberniæ, ac Dominiorum & Inſularum earundem, Villæ Caleſiæ & Marchiarum ejuſdem, Normanniæ, Gaſconiæ & Aquitaniæ, Magnus Admirallus & Præfectus Generalis Claſſis & Marium dictorum regnorum.

Plena denique instructus autoritate, honorum omnium sub se est unicus Largitor, in reb omnibus sub se judex &c, plane & tantum non verissimè cum Rege divisum habet Imperium.

CAP. V.

De Regis Aula.

Regia Aula.

REgia Aula Monarchia velut intra Monarchiam suum proprie habet regimen Ecclesiasticum, Civile, & Militare.

Ejus regimen Ecclesiasticum.

Quod ad *Ecclesiasticum* spectat, Regiæ primo capellæ præest Decanus, Regis solum visitationi & autoritati obnoxius. Ex illius electione subdecanus aut Capellæ Præcentor & triginta duo Munifices alii (è quibus 12 sacerdotio dedi-

dedicantur) exurgunt. Hic etiam tres Organiſtæ, 12 pueri Symphoniaci, & 4 Virgiferi aut Lictores. In duodecim dies feſta ſolenniora promittentes Majeſtas regia annuatim ad aram provoluta, pompâ tamen præcedente, Aurum Bizantinum in ſignum ſpecialis Dominii Deo tanquam Oblationem præbet & miniſtrat. Capellanis potitur (exceptis extraordinariis quamplurimis) ordinaris 48, quorum quatuor per ſingulos menſes invicem omnibus funguntur officiis ad ſacerdotium ſpectantibus. Tempore autem Quadrageſimali Concionatores eloquentiâ & gravitate commendatiſſimi conſcribuntur, Unde tum temporis in diem Mercurii Capellanus Regius, in Diem Jovis Decanus, in dominicam Epiſcopus & Roſtris docere & concionari. Privatam autem ſui ædiculam ſæpius petit

Rex

Rex, Capellanis Ordinariis hanc in rem assistentibus. Inter quos enitent Conclavis Clericus aut Regis Confessor, nec non Regius Eleemosynarius.

civile. Jam autē *Civilis* Administrationis Consideratio in scenam prodeat licet. Ubi Regiæ Familiæ Imperet Senescallus, Camerarius, & Sacri Stabuli Comes. *Senescallus* omnia pro libitu disponit, & munifices servosque omnes (exceptis illis qui Capellæ, Regio Cubiculo, & Stabulo *&c.* adstent,) nutu regit & autoritate. Ex Officio & sine speciali quodam diplomate criminibus omnibus prævidere, erecto hunc in finem tribunali satagit. Perduelliones, Homicidia, Felonicæ, *&c.* Regis intra aulam per duodecim milliaria undique expansam (datâ Londino tantum veniâ,) ad illius tribunal deducuntur

tur & judicium; hac præterea juriſdictione regiam aulam, etiam extra regnum ſequente. Convocato primum Parlamento pompæ Regis intereſſe Gloriæ non exiguæ ducat, & ipſius Saluti invigilare, præſtitis hinc inde ab illo inferioris ſenaculi ſenatoribus Fidelitatis & ſuprematûs juramentis, eoque tandem diſſoluto illius ſeſſionis ſumptus & impenſas colligere, *&c.* Tradito ſibi per Regem candido baculo illinc Diplomatis evaneſcit expectatio, Regique ille ſic armatus præcedens ſuper Mortui tandem ferctrum diffringit inſigne; crepitus ejuſdem finem officiis & exutam omnibus dignitatem pronunciat.

Seneſcalli primum imperata ſunt facturi officiales omnes qui ad domum impenſarum omnium examinatoriam Seneſchalli curiam, Anglicè *Green-cloth*, à viridi

di in menſam dictitatam panno, ſeſe conferunt: quales ſunt Theſaurarius Domeſticus, Queſtor, Ciſtæ regiæ Præfectus, Hoſpitii regii Magiſter, panni viridis clerici, totidemque Quæſtori ſubſervientes, & alii haud vulgares viri. Hinc quicquid ullo modo ad culinam, quicquid ad Promptuarium &c. pertinere ſentis, illius eſſe provinciæ cogita. Brevitati autem Studentes nos, tenuitatem illorum nihili moramur, & ſaltu aut levi calamo præteriendos velimus; adeo ut quam maximè arrideat palato, ſi vel harum rerum ne quidem guſtus exhibetur.

Ne verò è Seneſcalli ſubditis Præcuratores manſionarios (vulg. *Harbingers*) expungamus, horum decem ſunt enumerandi. Omnibus illi Regem quoquo modo ſequentibus, ſive magnatibus noſtris, ſive peregrinis & legatis

Cu-

Cubicula oſtendat, & hoſpitia. Regii denique hoſpitii *Mareſcallus* ſiſtatur Mareſchaltiæ Judex; cujus eſt, ſolennitate quadam invitante, Regi præire, fuſtem ad extrema auro coopertum attollere; Virgiferis ſex Alleclas imitantibus, aut ab Aulâ Mendicos vagoſques quoſlibet, aut venalem fæminarum pudicitiam propulſantibus.

Camerarii Imperium in ſubſequentes extenditur, niſi quod memineris velim illos qui Cubiculo, Regis thalamo, ornato, adſtant, penes Stolæ Magiſtrum ſolùm eſſe. Illius igitur Curæ Veſtiarii munifices, Tori, Tentoria, Ludi, Venationes, Nuncii, Buccinatores, Fæciales, Medici, &c. Artificeſque omnes regi miniſtrantes amandantur. Coronationum, Nuptiarum, Funerum, &c ſumptus impenſaſque & ſenaculi ſupellectilem ſuppeditat

ditat illius diligentia: Capella norum etiam unicus Cenſor, ſ ſolum ex omnibus Laicum i Clericos dominantem vendi tat.

Superioribus in Domi ſedibu Qui ſunt Regi à Cubiculis pri mò agunt, è quibus princep *Stolæ* Magiſtri Nomine cohone ſtatur. Illius eſt Regem induſio & primo ornamento mane quo libet velare, & de aliis rebus Cubiculi fieri ſollicitus. Qui verò Regi à Cubiculis dicuntur, Titulis maximi ſiunt & Nobili tate. His præcipuè Regiæ ſalu tis demandatur cura, poſitis jux ta Regem illorum lectulis ut Ge niorum invicem tutelarium ſep timanatim agant munus, & dor mienti præbeant Oculos. Cæ nante tamen privatius Majeſta te, Pincernas aliaque, prout ferat occaſio, ſimulant. Cubi cularii minutiores (Ang. *Grooms*)

ultra

ultra numerum duodecimum vix excreſcunt, aliis licet impræſentiam additis. Horum eſt providere ut eat Cubitum Rex & ſuſcitetur, data his privatim ornandi & exuendi moleſtiâ. Prætextati hic aſſeclæ ſex tantum numerantur.

Conclavis privati (Ang. *Privy Chamber*) Anteambulones ſunt 4, & ejuſdem loci *Generoſi* aſſidue inſervientes Quadraginta Octo, magni nominis viri. Horum 12 per Trimeſtre ſpatium Regem domi aut foris peragentem exſpectant & famulantur. Aſcendente autem Equum Majeſtate evadunt immunes, duobus ex his recto in Privato Cubiculo propè obdormientibus. Poſt hos, Sex Ordinarii Cubicularii (qui ut omnes Cubicularii ſtrictè ſic dicti) ſine Pallio aut Gladio attendentes ab illis diſtinguuntur. A Cyathis 4 adſtent, Carptores

4 Ferculorum Anteambulones 4, ad Corpus Regis Armigeri 4, quibus curæ ſit Regem noctu defendere, Teſſeram alliis dare, aliaque illinc referentia adminiſtrare.

Sacro quidem Cubiculo, (vulg. *Preſence Chamber*) Anteambulones aſſidui ſunt 4, quorum primus *Nigræ Virgæ* à Bacilli ſui cǒlore & Garterii Anteambulo dictus eſt. Anteambulones ordinarii qui quatuor anni partibus æqualiter aſſignati, numerum octonarium complectuntur. Octo deinde Ferculorum Anteambulones, Famuli 6, Aſſeclæ 4, Familiæ Confeſſor, proxime aſſectantur.

Magni Cubiculi 14 ſint Cubiculariī, Janitor primarius, qui Ludēdi ſupplet arma, Leges omnes oſtentat, rixaſque illic orituras ſuo judicio diſpellit, juriſque illius nodulos ſolvit & æ-

nig-

nigmata, &c. Quidam etiam alii huc reducantur vix notatu digni: De Servientibus autem ad Arma mentionem facturo Sexdecim occurrunt, quorum quatuor muneribus suis functi per quartam anni partem, sociis suis cedunt locum. Sunt & alii ad Arma servientes quatuor, è quibus Unus *Walliæ* Præsidem, alter *Hiberniæ* Proregem, alius verò inferioris senaculi Oratorem assectatur. Inaugurandus horum unus aut alter ad Regis pedes in genua procumbit, ubi imposita humero dextro aurata clavâ, *Surgas*, inquit *Rex*, *Ad arma serviens & in perpetuum Armiger.*

Hos sequuntur Capellani Ordinarii 48, quibus addamus tam Extraordinarios, quam Ordinarios alios, Rege intra nullius numeri cancellos hac in re limitato. Medici Ordinarii Majesta-

tem comitantes ſunto duo, Regiæ familiæ præviſurus & alter. Multi alii huc ſpectant Medici, Regi juramento adſtricti, verum titulo tenus felices. Huc referamus Cuſtodem Gemmarum, Auri & Argenti Regii, Ceremoniarum Magiſtrum, 3 Armorum Reges, 6 Duces, & 4 Lictores, Poetam, Hiſtoriarum ſcriptorē, Coſmographiæ, Geographiæ, Hydrographiæ Profeſſores, Notarium Publicum, *Gardrobæ* migrantis & inconſtantis Officiales ſex, Ludorum Magiſtrum, Hiſtriones plus minus quadraginta, viros juxta & fœminas, quamplurimis aliis officialibus prout quæque ferat ars Garderobas (hoc eſt Veſtiaria) multis in locis erectas reſpicientibus; Aucupem primarium his etiam damus multoſque inſuper prout Canum poſcat natura, Venatores; Cubiculi 42 Nuncios, Muſicos

ſicos 62, tres in gradus, *viz*, in Muſicam privatam, Flatuoſam, & Citharæ minoris artifices, diſtinctos. Tubicines, & Tympani ænei profeſſores Ordinarios 15, Tympaniſtas 7, Pharmacapolas 2, Chyrurgos 3, Remiges 46, & Veredarios variis in locis conſtitutos, qui omnium inſervientes occaſionibus, amicos ex intervallo poſitos per Epiſtolas confabulari docuerunt. Infinitum pæne ſubtexamus hinc ſervorum ordinem, ſed jamdudum nimium, Camerarii ſubditos relinquo, hoc ſolum in memoriam revocato, farraginis hujuſce Catalogum ne quidem in Sartoribus & Calcearíis deſinere.

Qui ergo ſub *Comite ſacri Stabuli* collocantur, 12 primo exurgunt Stabularii, quorum intereſt Regem venantem aut quoquo modo iter facientem aſſectari.

E quibus quatuor *Coronæ*, alii *Venantium* appellitantur. His ſuccedunt Avenarius, Stabuli Clericus, Octo Granitores, Mareſchallus, ſuperviſores tres, Aurigæ 4, Equiſones 64, Pediſequi 26, qui colorata veſte inſignes Regium equum attendunt & obſervant, *&c.* Ephippiarii, Fabri ſolcarii, *&c.*

In Regis familiam Ædilis Cerealis omnino mittatur, qui ponderibus & Menſuris prævifurus, omnes ſui ad exemplar & normam fabricatas requirit. Huc etiam Ædificiorum regiorum ſuperviſores mittamus. Familiæ etiam regiæ meritò aſcribuntur Regii Conſiliarii, Secretarii Principales, Judices, Civiliſtæ, Regis ad Legem ſervientes, Regiſque in Legib. Conſiliarii.

Militare. Ad *Militare* tandem aulæ Regiæ regimen tractandum accedimus.

mus. Ubi primo Regios ſatellites aut vitæ Regiæ defenſores eſt aſpicere. In Equitatum hi & Peditatum diſtinguuntur. Equitatus (amotis officialibus) viros ſexcentos, bene natos, militiæ peritos habet. In tres Turmas diviſus, habitu & ornatu quiſque cognoſcitur. Hiſce ſuccedit ſorte Equeſtris quædam Legio, Legionis regiæ titulo cohoneſtata.

Quod ad Peditatum ſpectat, 4 aliæ Legiones ſatellitum regiorum gaudentes nominibus proxime aſſident, è quibus alii circa Palatium excubias aſſiduè agunt, & naſcenti cuilibet obviam eunt periculo.

Intra ipſammet aulam ſacro primum in Cubiculo Penſionariorum manus ab Henrico 7 inſtituta Regem ſuæ curæ & præſidio eſſe affirmat. Scias tamen hic Regem non tam ſatellitum

velle

velle quam Militum peritiſſimorum, Politicorumque ſeminarium. Numerum quadragenarium complentes Majeſtatem ad ſuam ſolum Capellam euntem & redeuntem, ſecuri quadam bellica & aurata accomitantur; in cæteris dormituri niſi quod á ſolennitatibus publicis tandem aliquando expergefaciendi. Per trimeſtre ſpatium Manus Dimidia, præfectis ſuis ſolum auſcultat & omnibus fungitur muneribus, alteri parti denuò locum ceſſura.

Secundò in ſatellitum cubiculo Palatina Militia ſpectatur, ubi 250 olim videre erat, jam autem centum tantum Milites, forma prægrandi, altitudine in ſex, ad minimum, pedes elatâ, & è ſummâ plebe electos. Coccineis veſtibus, & Spintheribus utrinque ornati, quadraginta Regem dietim ſequuntur, viginti ſolum

in

in præſidium nocturnum reſervatis. Horum pars altera Sclopis; Geſis aut haſtis velitaribus altera incedit & ninatur.

Notandum autem denique vix certi aliquid de Militaribus hic deſcribi poſſe. Haud etenim magis à Fortuna ipſi bellorum pendeant Eventus. Quod nupera docuit perveſtigatio, appoſuimus.

Quam ad normam ſuos flectat mores unuſquiſque intra aulam munifex, ex Tabulis hinc inde patentibus & in cubiculorum mœnia evectis, eſt cognoſcere. Regiâ manu ſignatas haſce leges, mirandamque omnium prudentiam perlegat peregrinus & fruatur. Intra limites tam ſacros Gravis aliqua percuſſio in ipſam manum recurrat, & ipſius tantum amiſſione compenſetur injuria. Quæ quidem viri fortis haud animum ſuperet, ſi triſtis & lugubris quædam ſolennitas dolo-

dolorem minimè auxerat & miſeriam.

Intra aulam hanc Hoſpitalitatis, charitatis intueantur omnes ſpecimina, non tàm ſubditos quam peregrinos Regi (hoc eſt ſervis ſuis) quotidiè convivas, magnamque rerum omnium accerſitam elegantiam. Sic Regii Domeſtici magnificentiã Domini eloquuntur, & non tam militum quam amicorum numero gloriari videntur. Felix & Splendida hic loci Mendicorum paupertas, quæ & aliorum luxuriam tantum non imitatur. Ab Eleemoſynario ſummo quolibet mane Salutantur hi minutiores Aulici, & ſparſis undique pecuniis infelicitatis præmium aufert quilibet, ſemet Regiſque munificentiam domi miraturus. Sciat Eleemoſynarius ſe Mendicorum Officialem, & Laborantem unicè ut Regem undiquaque comitetur pia, & verè

ſancta

ſancta Majeſtas. Si denique *Carolo* Primo regnante, convictu quolibet quinginta ultra exhauriebantur fercula, pane & vino aliiſque æqualiter ſequentibus; ſi 1500 Boves, 7000 Oves, Vitulos 1200, Porcos 300, Agnos 6800, Succidias 300, Apros 26, Anſeres 1680, Capones 2800, ſi Gallinas 5640, Pullaſtras 6000, Pullulos 17000; ſi 36400 tritici modios, & 600 vini Tonnas & Cerviſiæ 1700 Tonnas, ſi libras Butyri 46640, aliaque ut Piſces, Volucres, carnem ferinam, fructus & Aromata quamplurima his omnibus æqualia annuatim emiſiſſet divina hujus Magnificentia, non eſt cur de Hoſpitalitate regis & caritate dubitemus, aut cur felicitatem Aulicam non demiramur & ſtupemus. Reverentur hoc peregrini, & amant depereuntque incolæ. Hoc denique pro comperto, Regique probè per-

perſpectum eſſe habemus Incolarum animos (ut ſpectaculis Itali) conviviorum tantum lætitiâ & illecebris oppidò affici & irretiri.

Ut de cæteris taceam ex hoc unico Humilitatem illius invenies. Adventante ſportularum die (ante Paſcha lux illa tertia eſt) utriuſque ſexus Mendici coram Rege & Reginâ ſiſtuntur. Illorum Numerus utriuſque ætatem loquitur. Sed utcunque olim infælices, Monarchas jam habent illi ad pedes devolutos; in quos injectâ aqua lavant & Mantelo detergunt ſacræ illæ Manus; Datis inſuper in veſtes panno, linteo, *&c.* in famem piſcibus, pane, vino, *&c.* cum pecunia dimittuntur; Reginam fæminis, Regemque maſculis interea temporis cælo commendantibus.

Contemplemur ſtupendam Regiminis hujus prudentiam; ubi

in

in illius quidem explicationem ſufficiat; Regem haud nauci defraudatum iri, niſi duodecim ad minimum ſervis in fraudem illam conſpirantibus. Sufficiat inquam naſutiores & ſapientiſſimos in illius perfectionèm gnaviter laboraſſe, & regiam aulam eſſe inter gentis noſtræ miracula numerandam.

Si non pari fulgore, permagno certe emineant etiam Reginæ, & Hæredum regni Auguſtalia. Quæ omnia velut Regis ad exemplum pæne compoſita excipias.

CAP. VI.

De tribus Regni Ordinibus.

TRes Regni Ordines Clericos, Nobiles, & Plebem complectuntur.

Clericatus.

Clericatus à κλῆρος dictus præcipua quasi Dei portio locum primum obtinet, & in se Archiepiscopos, Episcopos, Chorepiscopos, Decanos, Archidiaconos, Decanos rurales, Rectores & Vicarios habet. *Archiepiscopus* (ut ex vi nominis colligere est) in Episcopos habet Imperium. *Episcopus* Clericos alios inferiores, intra certos quosdam limites & suas Diocæses regit. *Chorepiscopus* huic auxiliator ae titulo tenus insignis, rerum onera cum Episcopo dividit; & præsentia sua illius excusat Absentiam. *Decanus* à δέκα decem (quia olim in decem ad minimum Prebendarios in Ecclesia qualibet Cathedrali præfectus) & alter Episcopi Oculus nominatus, in sacra hac repub. gubernandâ operam navat & studium. Notandum autem Decanos aliquos sine jurisdictione inter nos esse, honoris tantum

ergo

ergo ita dictos, quales sunt *Capellæ Regiæ*, *Capellæ Sancti Georgii Windsorianæ* Decani, &c. Sunt & alii Decani appellatione aliquantulum insignes, quales sunt *Croydeni*, &c. sine capitulo tamen & exigua cum jurisdictione. *Archidiaconus* (ipse quidem Presbyter) Diaconis imperat. *Ruralis Decanus*, quia ex usu venit ut in decem Pastores Rusticos autoritatem exerceat. *Rector* est parochiæ suæ Pastor, ubi decimæ prædiales nequaquam appropriatæ; ad illum tanquam ad dominum redeunt, nec Laicæ Avaritia & fami omnino tradun tur. *Vicarius*, parochiæ quidem Pastor, Rectorum vice fungitur, & decimas minores sibi concessas invenit. Summatim duos Archiepiscopos, 24 Episcopos, nullos vero in præsentiarum Chorepiscopos aut suffraganeos, 26 Decanos Ecclesiarum Cathedralium,

60 Archidiaconos, 544 Prebendarios, Decanos Ruſticos, Rectores & Vicarios circiter 9700 numeramus, additis his *Curatis* quamplurimis, qui ſtipendio, quodam invitati Rectorum, Vicariorum aliquando funguntur officiis.

Summos jam Privilegiorum apices attingamus. Et primum de *Archiepiſcopis*. Quorum tres olim fuiſſe invenio, *ſc. Londini*, *Eboraci*, & Urbis *Legionis* vulgo *Caerleon*) ad Iſcam fluvium. *Londino* autem, & *Legione* tandem *Cantuariam* migrantibus, Cantuariæ & Eboraci tantum Archiepiſcopatus ad nos dimiſſi ſunt. Archiepiſcopus *Cantuarienſis* totius Angliæ Primas & Metropolitanus audit, aliquamque habet etiam in Eboraci Archiepiſcopum autoritatem.

Primus Regni Par omnib. proceribus & Regni Officialibus præire geſtit

geſtit, majorem regiæ ſtirpis conſeſſus tantùm ſplendorem & dignitatem.

Divinâ *Providentiâ*, ut alii Epiſcopi divina *permiſſione*, ſe in hoc honoris faſtigio conſtitutum ſcribat; & Dei Gratia Archiepiſcopum, brevibus ſuis ſalutantem ſe Regem audiat.

Ille ſolus Diadema Regi imponit, & coronationem perficit, ſciatque Regem & Reginam ubicunque loci profectos Domeſticos ſuos Parochianos eſſe.

Decanum illi Provincialem ſe Epiſcopus Londinenſis, Cancellarium Wintonienſis, Capellanum Roffenſis confitentur.

Clementiæ & Reverendiſſimi in Chriſto Patris titulum ubique expectat.

Summus in jure civili judex Teſtimentorum probationem, adminiſtrationem *&c.* concedit, omniaque alia, quæ à Pontifice

mano olim impetraturi eſſemus, & quæ intra modeſtiæ cancellos liquidò continentur. Omnia hæc inquam omnibus Regis ſubditis (exceptis Scotis, & Hibernis) *Virginia* enim & *Barbada &c.* & cætera noſtra Imperia Provinciæ Cantuarienſi & Diocæſi Londinenſi ſubduntur) dat & porrigit; illa tantum autoritate penes ipſum aut Deputatum, ad *Facultates Magiſtrum*, exiſtente.

Epiſcopos (duobus verò aliis præſentibus) conſecrandi, ſynodos, monſtrato Regis programmate, congregandi, in Convocationibus moderandi *&c.* illi jus eſto. Ad res Eccleſiaſticas decidendos, Curia de Arcubus, Audientiæ, Prærogativæ, Peculiarium, (de quibus poſtea) illum agnoſcunt & dominum fatentur. In hoc denique Proceribus aliis anteponi videtur, quod Capellanos Octo intra ſuos Domeſti-

cos

cos numeret & retineat.

Archiepiſcopus *Eboracenſis* huic ſuccedit, iiſdem pæne honoribus conſpicuus, Angliæ primas, & Provinciæ ſuæ Metropolitanus.

Reginam impoſitâ coronâ conſtituit, illius in perpetuum Capellanus.

Clementiæ & Reverendiſſimi Patris inſignis honoribus, Ducibus omnib. ſanguinis & affinitatis vinculo haud regiæ familiæ aſtrictis ſublimior, ex omnibus regni ſummis officiailbus Cancellario tantum cedit locum, Epiſcopatuſque Carleolenſem, Ceſtrenſem, Dunelmenſem (illum vero quamplurimis in rebus liberum) Inſulamque Monæ ſuo in imperio deſpiciens fraterno ſyderi exiſtit par, ut nec illius prærogativis invideat tanta eminentia.

Epiſcopi, hoc eſt ſpeculatores, exploratores ut monſtrat verbi inter-

interpretatio, Pares & Barones regni, Vice-comites dignitate immediatè ſequuntur, in ſuperiori ſenaculo locum non tam ut Barones quam Epiſcopi, occupantes.

Domini & reverendiſſimi Patres ornati titulo intra Curias ſuas Reges optimè agunt, officium illic loci aliis demandent, ſine collega ſententiam ferunt, & ſemetipſis tantum teſtibus, vitam Brevib. ſuis infundunt, & animam; hoc porrò in honorem cedente, illos ne quidem extra Imperii noſtri limites Epiſcopum exuturos. Soli Legibus noſtris ſua & nobilitate muniti, ubique terrarum terrorem omnibus incutiant & debitam reverentiam, aliis illic ſacros ordines concedant &c. poſtulatique tandem criminis, Temporalium Judicum (niſi Rege aliter jubente) faſtus contemnunt & autoritatem. Adſit vero

alio-

aliorum invidia, illoſque adeo Regi fideles, tam ab omni crimine Capitali tamdiu inſuſpectos demiretur, ut ex Reformatione verè ſacram uniuſcujuſque innocentiam, & Doctrinam ultra humanam pronunciemus.

Sex unicuique ex Lege poſſunt adhiberi Capellani.

Epiſcopus autem Londinenſis primus Regni Baro ſpeciali quadam dignitate cæteris anteponendus, quia Eccleſiæ Cantuarienſis Decanus eſt, & Provincialis.

Hunc ſequitur Dunelmenſis, Comes *Sadbergiæ* & ſemper Palatinus, cujus quidem inſignia Militem armatum, hac Gladium, illâ manu templum vibrantem exhibent.

Hujus veſtigiis inſiſtat *Wintoniæ* Epiſcopus, Comes olim Southamptonienſis; conſecrationis ex Senioritate aliis Epiſcopis

copis ſedem occupantibus. Si vero Cancellarii, Theſaurarii, Privati Sigilli Cuſtodis horum quis obibit munera, Archiepiſcopo *Cantuarienſi* proximus evehitur, illum autem Archigrammateum, Wintonienſem juxta collocamus.

Epiſcopalis Conſecrationis forma methodum à quarto* Concilio Carthaginienſi annum circiter 470 habito, & in Eccleſiis ferè omnibus occidentalibus obſervatam extraxit.

De illorum autem electione prius erat dicendum. Sede igitur vacante, rogatu Decani & Capituli motus Rex Epiſcopatuum patronus *Conge d'eſlire* ſive Eligendi veniam concedit. Unde convocatis his Eccleſiæ Cathedralis miniſtris, virum illis

---

* *Quid vide & Liturgium Anglicanam.*

Regia

Regia Majeſtas tanto honore proponit Ornandum; cujus quidem illi (niſi cauſis multum adverſantibus) ocyùs in ſententiam eunt ipſiq; omninò ſubſcribunt. Delatum honorem modeſtiùs bis evitat Electus; tam velut indignus Excellentiâ aut tanto haud oneri par. Si verò & tertium (quod rarò accidit) contemnat aut contra-ibit inſtitias, accerſitur à Rege alius quis, ad ejuſdem Provinciæ Archiepiſcopum mittendus. Qui magno Regis Sigillo accepto confirmationi mox peragendæ manum & calculum addit. Hinc nullis opponentibus aut citationi publicæ reſpondentibus Suprematûs, Allegiantiæ juramento, & publica Simoniæ deteſtatione devincitur. Hinc illius inauguratio circûſtantiolis quãplurimis accomitata. Notandum verò Epiſcoporum conſecratione

ne Ordinem à Presbyteris distinctum erigi, & non ultra Electionem evectos plena ornari jurisdictione, adeo ut in Parlamento Baronum vendicent jura, illis etiam foràs Sacerdotibus institutionem, & id genus cætera exhibentibus. In translatione ab Episcopatu ad Episcopatum haud ulla fiat de novo Consecratio, sed inaugurationē aliam solummodo expectant. Suæ tantum Diocæsis de salute Episcopo Satagere est. Diaconatum, aut Sacerdotium petentibus sacros ordines (quorum formulam nostra amplexatur Liturgia) quater annuatim conferat, totâ interim Anglià in genua decumbente, cælique benedictiones tùm temporis vehementius implorante.

Archie-

Archiepiſcopatus duos conſtituunt

			l.	s.	d.
Cantuaria & * Eboracum.	Cujus Reditus annui ſecundum rationes fiſcales ſunt.		2816.	17.	9.
			l.	s.	p.
			1609.	19.	2.

Epiſcopatus 24. faciunt

		l.	s.	d.	
Londinum ---	Cujus reditus annui ſecundum Rc	1119.	8.	4.	
* Dunelmum		1821.	1.	5.	q.
Wintonia----		2793.	4.	2.	ob. q.
Herefordia--		768.	10.	6.	ob. q.
* Carleolum-		530.	4.	11.	ob.
Rocheſtria---		350.	3.	2.	q.
Sarisburia---.		1367.	11.	8.	
Norvicum ---		899.	18.	7.	ob.
Elis ---------		2134.	18.	5.	ob. q.
Coventria & Lichfield.		559.	18.	2.	ob. q.
Ciceſtria----.		677.	1.	3.	
Bathonia & Wellæ		535.	1.	3.	
Petroburgum		414.	19.	11.	
Lincolnia ----		894.	10.	1.	

		l.	s.	d.	
* Ceſtria	giſtrum fiſcale ſunt	420.	1.	8.	
Wigornia		1049.	16.	3.	*ob. q.*
Oxonium		354.	16.	4.	*ob.*
Exonia		500.	0.	0.	
Briſtolium		338.	8.	4.	
Gloceſtria		315.	17.	2.	
Bangorium		131.	16.	4.	
Menevia		457.	1.	10.	*ob. q.*
Landava		155.	5.	4.	
Aſaphum		187.	11.	6.	

Epiſcopatus hoſce totidem ſequuntur Decanatus, niſi *Landavenſis* refragaretur. Capituli enim princeps audit illius tantum Epiſcopus, aut (ſi rerum hoc requirat ſeries) illius Deputatus.

Epiſcopis in ſuperiori Convocationis domo ſedentibus, Suffraganei, Decani, Archidiaconi, Prebendarii, Rectores, & Vicarii in inferiori ſynodo per ſe aut per repræſentativos Vota & calculos edunt, regique ab illis vectigalia petent

petenti hic aut renuant aut auſcultent.

Gladio tantum ſpirituali armati Militare Officium omninò neſciunt, ſervilibus etiam omnibus Laico relictis muneribus; mentis velut ſatis terrenæ & officiolorum perquam avido. Accipiunt autem in ſe ſæpius Irenarcharum officia & pacis publicæ cuſtodiam.

Beneficiorum omnium primitiis captus Rex horum poſtea tantùm decimas Tributi nomine annuatim repoſcit, nihil in poſterum expectaturus, niſi quod ultrò vehementior fidelitas & ipſius deſiderium in illis excitat, aut maxima Laicis præeundi gloria.

Privilegiorum Rex eſt unicus defenſor, & coronationis juramento & ſalutis ſuæ rationibus devinctus. Sed tutelâ hic vix opus credas ſi in majorum erga

Clericos reverentiam retroſpi-cias. Sed jàm nùnc quis inter Laicos (pudet fateri) ſibi adeo infimus videtur, ut illorum jura feliciter non imminutum eat; quis illorum (ſi vel ſentinæ & foricarum redemptor) liber-tatis ſuæ licet minimæ, & pæne nullæ violationem, ſanguine & ſeditione non ulciſcatur. Si Re-ditus & Divitias horum ad exa-men vocemus, luxu minimè de-coctas inveniemus. Sciendum enim tertiam & opimam Benefi-ciorum quamplurimorum par-tem à Pontifice olim Romano Monaſteriorum uſui dicatas jàm tandem (iis diſſolutis) in Laico-rum manus dimanaſſe. Addamus injuſtas aliorum expilationes, profundã & guloſam avaritiam; quibus certè omnibus in judici-um prolatis, una cum vectigali-bus, primitiis, decimis Regi con-ceſſis, & Provinciarum Epiſcopis

ſolu-

ſolutis procurationibus &c, non eſt cur de ſuperbia Cleri queramur, aut ut hæc vix quidem nitida paupertas in deſidiam deſinat metuamus. Tantillus mehercule, & tam inanis eſt horum Splendor, ut Generoſi cujuſlibet libras ducentas annuatim numerantis Gloriola, Epiſcopis quamplurimis & maximè præfulgeat; ut & à Cauſidico, Medicaſtro, ipſaque Artificum farragine Eccleſiæ Rector aut Vicarius contemnetur & ſiat ludibrio. Gentis & familiæ nitor ſacris ordinibus pollutus cenſetur; fæminiſque natalitio inſignibus unicum inculcatur ſæpius præceptum, ne Modeſtiæ naufragium faciant aut (quod idem auribus tam delicatulis ſonet) ne Clerico ſe nuptas dari patiantur. Noſtrorum denique miſerentur omnes, tam illuſtres viros, tam de omnibus bene meritos, Ædificiorum pæne

omnium & munificentiæ, Liberalitatis, Charitatis autores & veriùs ſpecimina, quotidiè his in rebus operam navantes, tàm male habitos; Dei omnipotentis nuncios inter populi fæcem & colluviem, inter peſtes & ſordidiſſimia ulcera iti numeratum.

His *Semiecclesiasticos* quoſdam placet adjungamus. Inter quos templorum *Patroni* (qui primùm ſacra illa jacuiſſent fundamenta dotibuſque ornârunt, annumerentur. Horum eſt ſede vacante Clericos Epiſcopo mox inſtituendos proponere; jure hoc preſentandi ad hæredes uſque deſcendente. Notandum autem inter nos Dari *Liberas* (ut vulgo dicimus) Capellas, quarum tutela ſummum penes Cancellarium erit.

Secundi ab illis ſunto templorum *Cuſtodes* aut *Æditui* à Paſtore & Parochianis annuatim deſig-

deſignati. Horum eſt Eccleſias ſartas tectas conſervare, Ipſis & Cæmeteriis nitorem addere & venuſtatem. Illarum partium eſt poſſeſſiones ſacras chartis deſcribere; & ut Homines nequam, & quadrupedes ejuſmodi turpiores Epiſcopo propinentur puniendi: ut nulli non intra Parochiæ Limites vitam agentes Templa frequentent, omniſque alia juſtè & piè exhibeantur *&c.*

His *Adjutores* duos Parochiis in majoribus addimus. Et Clericum Parochialem Sacerdoti tanquam Miniſtrum, in legendo & cantando Peritum.

Nobiles noſtri Pares Regni dicuntur, quia Nobilitate ſunt Pares, licet gradu impares. Gradus quinque conſtituunt Dux, Marchio, Comes, Vicecomes & Baro, Baronibus quidem *Nobilitas.*

dem Privilegio & Magnitudine illis multo inferioribus.

Dux dicitur quasi à ducendo, Exercitus velut Dux esset sepissimè & Imperator.

Marchio à Regimine Marchiarum aut Limitum & Confiniorum.

Comes ita olim dictus, quoniam res illi erat Regem *comitari*, inde Consilium & Prudentiam expectaturus. Notandum autem Comitem hunc nostrum nunquam à Comitatu olim seperatum; aucto verum in majus illorum numero, eminentiore aliqua Comitatûs parte aut Villa aut Theriotrophio &c. contentus, Titulum augustum satis ostentat.

Vice-comes, quasi vice Comitis gubernaturus comitatum.

Rescriptis suis Rex hos omnes Consanguineos suos appellitat; & Diplomate aliaque solenni-

lennitate utrinque ferè eadem, honores hoſce confert & ſui benevolentiam.

Baronem quaſi *Robur Belli* dictum nuncupant alii, (ſed ut ut placeat) per me licet derivationem hanc acceptam ferant exquiſitiores animæ, ab Hiſpanico verbo *Varon* virum notabilem ſignificante defluxiſſe contendimus. Nunc reſcriptis, nunc diplomate & ſæpius quidem creantur; *Domini* titulo his & Paribus aliis in æternum conceſſo. Comites palatini & Marchiarum ſuos ſub ſe (ut & nunc in Ceſtriæ comitatu) Barones habuere, inter regni autem Pares nequaquam numerandi.

Honores hi omnes à Rege undiquaque dimanantes perpetuo fruuntur curſu niſi maſculorum hæredum (in mulieres aliquando tranſeat) defectus ponit obicem, niſi & gravi aliquo crimine penitus

nitus abſorbeantur. Sed & hic quidem Parlamento ſuffragante in lucem redeat licet. Palliis & corollis diſtinguuntur, ornatu quodam in * Inauguratione capiti cujuſlibet ad conſulendum Regem & Patriam, gladio lateri ad defendendum adhibito; Emblemata certè tales viros tantoſque apprime decentia.

Criminis alicujus poſtulati duodecim inquiſitorum judicium (ut fieri aſſolet) nunquam morantes, id officii *Paribus* ſuis tranſlatum ſemper habent: qui juramento minimè aſtricti honorem his in negotiis invocant, & ſententiam edunt coram omnibus æquam ſatis & veram. Hunc in modum Nobiles noſtros adoramus adeoque equi-

---

* *Vide libellum cui titulus Nobilitas Civilis & Politica editum à Tho. Milles & Spelmanni Gloſſarium.*

dem

dem in deliciis apud leges noſtras collocantur, ut ſi Plebeius quis hos opprobiis aut ignominiis eat laceſſitum, ſpoliatus ſtatim bonis Statuti cujuſdam tempeſtate (cui titulus *Scandalum magnatum*) omnino obruitur.

A Senatu abſens horum quilibet, communicato alii ſuffragio præſens cenſetur, privilegio hoc ſupra plebis repreſentativos evectum ſatis, & Regi ex infantiâ & ubique conſiliarium natum, declarante.

Capellanos Sex detineat Dux, quinque Marchio Comeſque, Vice-comes quatuor, Baro tres, conceſsâ hinc Clericis illis Eccleſiaſtica munera alia atque alia tenendi licentiâ.

Inter Regni noſtri Proceres (poſt Regiæ Familiæ Principes, *viz.* Filios, & Filii Filios, Fratres, Avunculos & genuino magis ſenſu Nepotes) hunc ordinem

nem obſervamus, quem juxta numerationem, prout quæque poſcat eminentia, colligere eſt.

Summus Regni Cancellarius.
Summus Theſaurarius.
Præſes Regii Conſilii.
Cuſtos Privati Sigilli.
At vero tamen
Summus Regni Camerarius
Summus Coneſtabilis
Comes Mareſchallus
Summus Thalaſſiarcha
Seneſchallus Regii Hoſpitii
Et
Camerarius Regii Hoſpitii, in Suo quiſque gradu omnibus tali honore minimè imbutis præire geſtiant. Archigrammateus verò (ſi Baronis non excedat dignitatem ſive Eques) Baronum caput Exiſtit; ſi Vice-comes, extra gradum, & propriam ſuam ſedem minimè Evehitur, Salvâ tamen Epiſcoporum (cujus ante

te meminerimus, reverentia. Sequuntur jàm

Duces.
Marchiones.
Ducum filii natu majores.
Comites.
Marchionū filii natu majores.
Ducum filii minores.
Vice Comites.
Comitum filii natu majores.
Marchionum natu minores.
Barones.
Vice-comitum filii majores.
Comitum filii minores.
Baronum majores natu filii.
Vice-Comitum minores.
Baronum filii natu minores.

Notandum autem quod hi Vicecomitum & Baronum filii minores Auratæ Periſcelidis Equitibus (quatenus tales) locum cedunt, nec non illis qui Regi ſunt à Conſilio, Fiſci Cancellario &

Subthesaurario, Ducatûs Cancellario, Regii subsellii Justiciario Capitali, Rotulorum magistro, Communium Placitorum Justiciario Capitali, Fisci summo Baroni aut Quæstori, & Judicibus aliis nec non Bannerettis; summâ uniuscujusque virtute hanc sibi felicitatem vindicante.

Ducum autem filios natu majores Comitum titulis insignitos, filios verò Marchionum & Comitum majores, aut Baronis aut Vice comitis nomine, prout loquuntur Diplomata, habemus. Vice comitum filius nùnc Generosi sine titulo nobilis maximique, nunc Baronis gestat insignia.

Procerum Angliæ Temporalium inpræsentiarum centũ plus minus & 60 numeramus qui in Duces & Ducissas 15, Marchiones Duos, Comites & Comitissas 69, Vice comites 9, & 65 Barones dividuntur, horum catalogo

duplo

duplo magis intra hujuſce ſæculi terminum aucto.

Ut autem horum gloria haud ventoſo tantum nomini omninò impertiatur, unicuique rex fundamentum aliquod divitiarum largitur, *ſc*, Duci libras 40, Marchioni totidem Marcas, Comiti 20 libras & Vice-comiti 20 Marcas nequaquam à familia ſua alienandas; ſtipendio certè olim minimè contemnendo. Si vero ipſos illorum cenſus ad examen provocemus, huic 20000^{l}, illi 15000^{l}, alteri 10000^{l} annuatim ſubſervientes facilimè inveniemus. Tantum equidem divitiarum pro comperto apud illos collocatum cognoſcimus, ut undecimam reditum omniū Angliæ partem æquet aut ſuperet, qui in toto ultra 14 librarum milliones oſtendant neceſſum eſt. Si denique de Nobilium noſtrorum virtute, Prudentiâ, Tem-

perantia, Integritate & Splendore res ſit, pro confeſſo eſt ipſos majorum ſuorum minimè æmulatores omninò erubeſcere; at verò tamen ſi extraneis conferantur, extra aleam omnem fortes, pios & magnificos gloriamur.

Plebs. Nemo hic infra Baronem ſibi vendicet nobilitatem; ipſiſſimos Ducum filios licet, honoris ergo, ſæpius Comitum titulis velificatos dimittimus, re ipſa tamen Plebem & Armigeros haud exuperant. Dura certè ſors quò tales tantique adeo nihili æſtimantur. Nos autem mitiori nomine delinitos hos omnes affectantes, *Minoris Nobilitatis* appellatione ſalutandos in poſterum curabimus. Minorem igitur Nobilitatem in Baronettos, Equites, Armigeros & Generoſos diviſam accipite.

Baro-

* *Baronetti* Baronibus proximi, & à Rege *Jacobo* Primo inſtituti * Valvaſorum antiquorum ſupplentes excellentiam, ultimi omnium hæreditario jure dignitatem aliquam aſciſcunt. Ob quam quidem creandi hi Nobilitatis candidati tantum pecuniæ ſuæ Fiſco Regio erogent opus habent, quantum triginta Milites pedeſtres per tres annos in Hiberniæ ſalutem Regi ſolvendo ſit, & quò titulos illos poſteritati ſuæ (libras circiter 1200 ſumma eſt) verius tradant: hoc tamen in præmium inſuper reſervato nullum Nobilitatis gradum inter Baronem & Baronettum unquam iri collocatum. *Equites* ab Equis militiæ ſuæ comitibus dicti, à lege autem Municipali *Milites*, inſtitutionis ſuæ occaſionem à

* *Vide Spelmanni Gloſſarium verbo Baronetus & Valvaſor.*

Germanis arreptam habuêre. His etenim in consuetudine erat vegetiores & robustiores animi juvenes armis indutos publicè populo dare & reipub. facere. Hinc suæ ipsius Gloriæ dignitatem hanc attribuens quis, haud à majoribus desidioſè devolutam suscipiat, nec ab illo expectet supinior posteritas. Equitum plurima sunt genera. Equestris *Periscelidis* dignitas, *Edvardo* III regnante, anno 1350 ortum habuit. Rex enim ille fortitudinis juxta & gloriæ haud aspernandum exemplar summorum virorum & sui similium delectum agens venerandam hanc societatem constituit, Regemque Angliæ omnium principem & caput. Virtutis meherculè non Amoris excogitatum opus; nam quod de fascià à Dominæ cujusdam crure dilapsâ balbutiant aliqui, fabulã sapit & invidiam. Sed

ne

ne malæ cujuſdam interpretationis audiat omninò hic conventus & conſtitutio, in Priſcelidem non aliam quam amicitiæ teſſeram (sc. *Honi ſoit qui mal y penſe*) ſcriptam habes, innocentiæ & ſimplicitatis teſtem & argumentum. Collegium hoc regem Angliæ Cuſtodem habet & 25 Socios, 14 Sacerdotes, 13 Vicarios, Pauperibus quinetiam adjectis Equitibus, qui vitam illinc exhaurientes in Dei honorem *Georgium* Cappadociæ cantant ſanctum, Militem, Chriſtianæ fidei defenſorem, Angliæ, hujuſce & ordinis *Patronum*. Garterii Prælatus Epiſcopus ſemper Wintonienſis, Cancellarius Epiſcopus Sarisburienſis, Regiſtarius autem Windſoriæ (ubi ſeſe habet hæc ſocietas & S. Georgii Templum) Decanus. His annumerentur ſummus Armorum Rex Garterius hinc nun-

nuncupatus, Admiſſionalis, aliiq; munifices. Expectent forſan alii jam Creationum, Privilegiorum Hiſtoriam, ſed dum compendii meminerimus, omittamus precamur. Inter ſolennitates plurimo ornatu quiſque & pictis veſtibus ſatis dignoſcitur. Cæruleum Garterium crus ſiniſtrum complectens, ſtellulaque ad humerum poſita ubique comitantur. A prima ordinis hujus inſtitutione Imperatores octo, Exteri reges plus minus triginta, Principeſque quamplurimi hiſce vix inferiores honori ſubſcripſerunt; Hæreticis, perduellionibus, meticuloſis hinc in æternum exulantibus. Equites *vexilliferi* (vulgò Banneretti) ſunt qui ob præclara quædam facinora militiæ tempore & inter belli ſonitus regio ſub vexillo creabantur. Hinc ipſis gloriæ ſeges quamplurima, mira hinc omnium reverentia;

&

& invaſerat adhuc nos ea nominis immortalitas, niſi inter ſomnum & pacem pæne tota evanuiſſet. Hunc infra gradum geſtat nullus inſignia ſuſtentaculorum honore decorata. *Balnei* Equites ita nuncupantur quoniam non niſi à Balneo ad hanc aſcendunt eminentiam. Coccineâ vittâ ornati à populi grege ſemet diſtinctos exhibent. Permulta creationum hic ſolennitas curioſa & magnifica, hic vero loci narratu indigna. Equites *Aurati* ab auratis calcaribus compellantur. Dignitas hæc cùm armatos cùm togatos *i. e.* cauſidicos & medicos adit. Provolutos in genua Rex humerum nudo ferro levitèr perſtringens his ita honorem impertit, ut ſine pompa, honeſta ſatis, una cum ipſis, exurgit magnitudo. Criminis verò atrocioris damnatus militari primum privatur cingulo, gladio ſpoliatur,

tur, & ſecuri dein diſſectis calcaribus &c. extremâ infamiâ afficitur, ne quidem præſenti tunc morte diluendâ.

Scutigeri vel Armigeri Minores proximè inter Nobiles evehuntur, eo nomine audientes, quod aut in bello Regem majoreſque nobiles ſcuto defendere illis erat moris, aut quod venditare poſſint & oſtendere gentis ſuæ & ſanguinis inſignia. Huic titulo ſubjacent Nobilium majorum Filii, Armigeri ad Regis corpus antea numerati, Equitum filii, aliique Armigeri è regis manu ſpeciali aliquâ creatione dimiſſi, & collari literis SS ſignato, aureis & calcaribus, glorioſi. His denuò inferiores vix cenſentur officio aliquo imbuti, quive gradum in Theologia, Lege, Medicina ſuſceptum ibant & capeſſerent. *Generoſi* ultimam inter nobiles ſedem occupant, ſine titu-

titulo insignes, & antiqua ex stirpe (ut eloquuntur insignia) oriundi. Hoc honoris à Germanis derivatum amplectimur. Illis enim inter se bellum indies gerentibus scuta Brutorum Aviumve &c. figuris picta & ornata, velitantur, distinctiunculâ insuper alia ad galeæ apicem coruscante. Quo factum est ut, dimanante ad posteros cum eorum sanguinè cùm hisce ornamentis, tantam incant & pugnam Fæciales, suamque originem tanto tumore, tam mordicùs defendant purioris Luti Animalia. Generosi Titulus majores Nobiles : Regem etiam comprehendit, omnesque hoc signum in se impressum monstraturi quam optimorum societate haud indigni evadant. Sacra quidem apud majores nomina ; at verò jam adeo in sæces & sordes hunc ordinem dilapsum querimur, ut

Plebi

Plebi matrimonio immiſtum, & majorem ſæpius Nobilitatem in Officinis ſub artificum inſolentiâ, infelici divitiarum deſiderio, merentem, & abjectam (ut opinantur Heraldi) ſanguinis ſui excellentiam, contemplemur. Nullus itaque dubito quin feraciſſima vitiorum & ſcelerum inter nos ſeges huic Anglorum ſtultitiæ ſui ortum acceptum ferat. Quippe deſertis jam omnino Militiæ, Eccleſiæ & Reipub. muneribus, indignatur tandem ſervitutem generoſus is animi vigor, ruptiſq; ſtatim repagulis in præcipitium ferri deperit, imaginariam undique eſuriens inſaniæ Libertatem. Horum titulis peculiaria quædam extant privilegia, vicinorum verò inter Monarchiæ ſuavitates degentium omninò minora. Hic autem loci animadvertas velim, quod ut alii, officii ſolum cauſa

inter

inter Majores Nobiles evehuntur, ſic & alii hic ignotorum licet capitum & inter cuneos olim collocati, dignitatis cujuſdam adventitiæ ergo in Orcheſtra & Equeſtris Ordinis viros juxta ſedem occupant, meritis interea temporis natalitii vilitates reſarcientibus. Hos in Eccleſia Decanos cogita, Archidiaconos, Cancellarios, Theologæ, Legum, Medicinæ & Muſicæ Doctores, in exercitu Tribunos &c. in Repub. ad Legem ſervientes, Pacis Juſtitiarios, alioſque non minimi nominis officiales. Hos & deinde Armigeros excipiunt in Theologiâ, Juriſprudentiâ, Medicina Baccalaurei, Artium Magiſtri, Militiæ duces, Barreſterii, Regiæ Curiæ Domeſtici, ſequentibus pone & contra ſæpius obmurmurantibus generoſis. Inſignia gentilitia eadem in perpetuum

ad filios natu majores dimanant, natu minoribus interea quaſdam ſemper diſtinctiunculas in illis exaratas accipientibus. Baronettas jam inter nos 700 ultra numeramus, conceſſis cuilibet rei familiaris annuæ libris circiter mille & ducentis. Equites 1400, libras circiter 800 annuatim ſuis de poſſeſſionibus excitaturos. Armigeri verò & Generoſi numerum 6000 excedant 400 circiter librarum annuatim domini. His damus filios natu minores ultra 16000, quos tenuis quidem cenſus tantum non ridiculos reddat, ſi Literârum, Militiæ, Curiæ regiæ, &c. & ingrata Artifici ſcientia & dignitas minimè auctiores daret, etiam & invidiæ feliciter obnoxios.

Mancipes & *Agricolæ* (*Yeomen* vulgo nuncupati) Minorem Nobilitatem juxta & ſelectiſſima plebis capita accedunt. Suas ja-

ctan-

ſtant hi immunitates & Privile-
gia, generoſoſque non infrequen-
ter ſibimetipſis ſine nominis diſ-
pendio immiſtos, & agrorum
cultores. Ædituos hic Parochia-
rum Coneſtabiles, cauſarum
in judicio exquiſitores, & de
Repræſentativis in ſenatu ſuffra-
gii jus habentes, &c. inveniē-
mus, Animoſque recti tenaces,
& eam eandem juſtitiam Artifi-
cibus plerumque ignotam. In-
ter mancipes hoſce fundos ſibi &
hæredibus in perpetuum 'con-
ducentes, Prædii clientaris ex
ſpecimine Rotuli è Curiâ de-
deprompti, Dominii verò ne-
quaquam perpetui, poſſeſſores
collocantur. Numerus quidem
utriuſque admodum inſignis, &
divitiarum hic generoſa ſatis ma-
gnificentia. Quinquaginta libra-
rum annuatim domino undique
procedamus obviam. Alter cen-
tum & ducentum libras, alter

mille (Cantianus forte) & ultra poſſideat.

Hos juxta veniunt *Artifices*. Inter quos rerum peregrinarum *Mercatores* primò attolluntur. Splendida his & reipub. perquam utilis vivendi methodus, & generoſorum filiis, natu ſaltem minoribus, neutiquam indigna. Dixiſſem à ſocietatis ſuæ fæcibus adeo ſeparatos ut ſub communi nomine oomprehendi minimè mereantur. Licitatorum igitur ordinem in negotiatores Solidarios, Minutiarios & Mechanicos dividimus. Autoritatem & Magiſtratus in Municipiis & urbibus induentes hi ſemet pacis defenſores venditent; ipſi plerumque ſeditioſiſſimi. In reipub. denique pedes deſpicientes nos, *Operarios* de die in diem conductitios intueamur. Infima gens ſed parvo contenta, ſed feliciſſima. Peregrini cæli Agricolis

etiam

etiam beatiores ubertimâ fruuntur paupertate, hoc in ſolamen quinetiam haud exiguum habentes, *Neſcire.*

E Libertatibus Plebis unâ aut alteram attingamus.

Incarcerationem primò aut quodvis ſupplicii, niſi palam productâ lege, metuat nullus oportet; quod tamen qualecunque (niſi extraordinariis in flagitiis) vadimonii diluat promiſſio.

Elucente pace Militibus haud invitò hoſpitii porrigat teſſeram, numeratâ licet prius mercede, & lucri ſpe vehementius perorante.

Ad ſagam aut militiam minimè cogatur, ſi verò in contrarium ſpecialis aliqua haud loquatur *Tenura*, ſi nec præ foribus Bellona hoſtiumque irrumpentium minæ, aut domi commune rebellionis incendium clamoſius expergiſcantur aut excitent.

Si deniq; viliſſimum inter nos

caput rerum ſuarum ex aſſe dominum conſideremus, & omiſſis liberis, (ſi celſitudini arrideat) hæredem vel inter peregrinos expectaturum, ſi Legum omnium & vectigalium, per repræſentativum in ſenatu, autorem, adeoque fortunæ ſuæ undique fabrum & architectum; mirum videtur ut ſe contineat orbis quin in inſulam hanc migret, humanumque genus civium albo inſcribi, & hunc in modum noſtra donari libertate deſideret & eſuriat.

CAP.

CAP. VII.

De Angliæ Fœminis, Liberis & Servis.

DE Mulieribus Angliæ tractaturus, ut illarum exurgat notitia, ad Leges & Regni consuetudines recurram oportet. *Fœminæ.*

Matrimonii igitur capistro inducta mulier suâ una cum dote in viri cedit potestatem, mandatis illius nec non castigationi auscultatura.

Rei nullius nec dum vestium suarum Domina fortunam cum servis communem habet, maluit nisi illa servorum Princeps dictitari.

Dotem ad viri executorem dilabentem cernit. Quic-

Quicquid acquirit domino ſuo acquirit. Adeo ædepol ipſa animâ deprivatam exhibeam ut in marito tantùm intellectum habeat & voluntatem.

Nomen mutans viri uſque utitur Cognomine, & quantum in fatis eſt parentum ſuorum oblivíſcitur.

Ut jam nulla eſt Uxor & in nihilum converſa, ſic vix ullius criminis aut culpæ rea peragatur. Emittat enim illa linguæ virtutes, & garrulitatis ſpecimina, iræ det fræna animumque, Tempeſtas & læſi vicini vindicta in mariti redit caput, virumque invenit invitò defenſorem. At vero tamen ea eſt Anglorum Indoles, & Pulchritudinis Vis, ut fæminis hiſce, ad menſam & in Vicis locum digniſſimum concedant viri, & ut laboribus velint minimè onuſtas. Rerum domeſticarum procuratio, (ſine

tædio

tædio tamen) illis ſæpius incumbit. Cui quidem Conditioni aliarum gentium invident fæminæ, & mirantur.

Abſente licet diutius marito, inter quatuor tamen maria commorante, ſi interea temporis partum edat uxor, ſobolem illam ipſe agnoſcat, & quantumvis ſpuria, inter Legitimos numeratur.

Ex priori matrimonio vel ex adulterio gravidam accipiat quis, partum hic agnoſcit & poſſeſſionum ſuarum verè hæredem.

At mortuo jam tandem marito tertiam redituum annuorum partem, durante vita, ſibi vendicat vidua, ſi ante Nuptiarum conſummationem nullum ſibi dotarium habuit aſſignatum. Intra Londini autem Limites tertiam partem omnium mobilium accipit in perpetuum; viroſque ſuos ex Morbo decumbentes tam blandè norunt permulcere & pal-

palpare, ut ſæpius ex donatione poſſideant univerſa. Si vero fundum Dotalem habuerit Uxor, moris eſt, ut diſtrahendi vel alienandi nulla ſit Viro autoritas, tametſi ipſa aſſenſum adhibuerit.

Ejuſdem nominis cum marito, ejuſdem & conditionis. Si in illo Ducem invenit, Duciſſa apud omnes audit, ſi Comitem Comitiſſa, ſi Liberum, habet & ipſa Libertatem; adeo ut Lunæ aſſimilatur, quæ Solis ſplendore clareſcit, & fulget luminibus.

Fœminiæ *Nobiles* ſunt aut *Ignobiles*. Nobiles ſunt tripiciter, aut Creatione, aut ex Familiâ, aut Matrimonio. Comitiſſas Baroniſſasve indies *creet* Rex honorum omnium fons & Origo. Ex *Familia* fiunt Nobiles quibus ob defectum maſculorum hæreditas dignitaſque defertur: Natu tamen maxima primò ſic fæ-

lix

ſix habetur, ne inter plurimas deſciſſæ partes res auguſtæ minuerentur. Ex *Matrimonio* Nobilitatem à Maritis acceptam habent; ſi verò in poſterum ſemet inferioribus conjunctas dent, perit honor omniſque eminentia, Urbanitate & æquâ Opinione aliorum ſolummodo recuperanda. Si verò ex Creatione vel è profapiæ ſplendore dimanet excellentia, in æternum fixa ſtabit & immota, & ne quidem Matrimonio aliavè intempeſtiva humilitate diruenda. Anglorum tamen benignitate etiam & Matrimonio Nobilis ſecundo quidem conjugio retineat dignitatem plebeio licet nupta & ſordidiori luto immiſta. Regis tamen Filia ſi ſic deſcendat, ipſa lege pronunciante Regalis uſque fiat & Auguſta.

Pares regni undique audiant hæ fœminæ, & eadem ferè cum maſcu-

maſculis habent privilegia. Uxoris dignitas poſt illius mortem à marito ad liberos deſcendat neceſſe eſt, durante licet vitâ bona illius poſſideat Vir, & virilitatis ſuæ præmia.

Illorum nequaquam ſed judicis tantum ſententia diſſolvuntur Nuptiæ.

Tam unicè denique marito incorporatur Uxor ut ſive in illius ſalutem, ſive damnationem laboret, Teſtis in judicio neutiquam adhibeatur.

Liberi. Plenum in Liberos Patrum hic fiat imperium. Divitiæ & res illius (ſi neutiquam prius addictæ) quo dirigat animi libido hæredem evocent, Peregrinum (ſi velit,) & à Liberis prorſus alienum. Quâ re conceſſâ plus obſequii præ timore præſtant Liberi & humilius undique morem gerunt.

Filiæ

Filius 14 annorum factus rerum ſuarum curatorem eligat, terras vendicet * *Soccagii* jure (à verbo Gallico *Soc*, Vomerem ſignificante, eo quod Cultura quædam & Servitium Ruſticum propter terras Domino ſunt præſtanda) poſſeſſas, matrimonio conſentiat, & bona ſaltem perſonalia teſtamento diſponat.

Ætatem circiter 15 fidelitatem domino regi juramento præſtabit, & ad vigeſimum primum evectus annum ſui juris fiat & in virum tranſeat totus.

Filius natu maximus terrarum unicus ſit hæres, ſæpius bonis perſonalibus & realibus filii natu majoris una cum dote uxoris inter minores diſtributis; vitæ quodam genere ad ſelicitatem illorum inſuper concurrente.

Ex defectu maſculi inter filias

---

* *Bracton Lib. 2. Cap. 35.*

æqualiter omnia distribuuntur, 'Æquo tamen jure in quibusdam Angliæ partibus, Filii omnes hæreditatem adeunt, quod jus in plerisque *Cantii* locis usitatum est, & *Gavelkind* dicitur.

Filia septem præteriens annos tùnc temporis matrimonio consentiat, postea licet illam pen est contractus sui dissolutio.

Novem annos natæ doten promereri dabitur, tanquam & tunc virum poterat sustinere.

Anno dein 12 ultimam Statua de suo matrimonio sententiam, tunc enim aut dissolutio aut firmior prodeat obligatio.

Anno 21 tutelæ limites Egre contractus quoscunque ineat, ter ras testamento secusve aliene aut denique pro fæminarum m re funditus evertat Omnia.

Servi. *Servi* vulgò sic dicti à maj ru

rum ſoluti tyrannide jam ſolummodo in annum conducuntur, aut libertate poſtea (ut ipſi viſum eſt) aut alterius domini jugo, receptis. Plurima cum patientia Domino Dominaque faciles præbeant aures; & ſine ſtomacho aut repugnantia illorum neceſſe eſt fulgura expectent & tonitrua. Illorum tamen vitæ membraque in Regis poteſtate ſolummodo ſunto. Si verò dejecta ſui humilitate eo impudentiæ ſit deventũ ut Domino vitam eripiat ſervus, Proditio minor undique audit, nefaſque morte compenſatur haud vulgari.

Lex Noſtra *Villanos in Groſſo* ut loquimur, *i. e.* Servos *ad Dominum hæredeſque ſuos pertinentes*, (quo in genere neminem novi,) & *Glebæ adſcriptitios*, hoc eſt, Prædio non Perſonæ (quorum quidem perpauci) annexos, confeſſã eſt.

* *Apprenticiorum* Status (artificum ſunt hi tyrones) Servitutem imitatur. Conditionem autem verè ſervilem & Barbaris probè notam, indignata eſt Brittannia, & Chriſtiana uſque exhorruit religio.

---

* *Smith lib. 3. Cap. 10.*

PARS

PARS SECUNDA.

CAPUT I.

De Angliæ Administratione particulari, & in illa De Regimine Ecclesiastico, Civili & Militari.

ANGLIA jam in genere enucleatâ, Specialius describendam intueamur:

Regimen igitur illius in Ecclesiasticum, Civile & Militare dividitur; supra quæ tamen omnia evectus Rex mundi hujus sit summus & unicus moderator.

Consilium sibi *privatum* habet, quo rerum sustinet moles & pondera; exteris etiam nationibus (ubi sua agatur res) prævidens, & domi in reipub. suæ salutem & utilitatem unicè & totus laborans. Antiquissimum hoc omnium Tribunal rebus minutioribus, aliunde in Curiis inferioribus determinandis, semet vix unquam immiscuit, nisi forte fortuna in appellationibus, causis-ve majoris momenti & derepente emergentibus tandem aliquando statuat pronuncietque. Consiliarios hos penes est Edictorum promulgatio ex hac solummodo fabricata fornace, omnibus (nisi Lege Municipali ex adverso vehementius reclamante) perquam religiosè observanda. Consiliarius igitur juramenti obstrictus vinculo fidelitatem, taciturnitatem, & diligentiam Regi præstet est opus, ab ipso tantum è tenebris,

ad

ad tantam ſine diplomate evocatus eminentiam. Hinc Generoſi quantumvis titulo tantum nobilis, Filiis Baronum Vice-comitumque natu minoribus multum expectantibus, ſedem præoccupet; Proditionis majoris reatum mortem illi inferentibus quolibet loci denunciaturus. *Præſidem* hic cernamus *Theſaurario* dignitate proximum, res conſiderandas coram conſilio primò evolventem, atque omnia denique tranſacta & perfecta multo cum regotio Regi allaturum. Hic etiam videre eſt *Archigrammateos*, ſine quibus aut ſaltem illorum altero Conventus hicce omninò mancus dicitur & pæne Nullus Negotium illis extruunt ſubditorum querelæ & petitiones, per ipſos regi humiliter præſentandæ, mox una cum reſponſione regia in ipſorum manus redituræ. Ut autem res exteræ commodiùs tractitentur,

Gentes

Gentes omnes in duas velut jurisdictiones dissectas habent, quolibet ad suæ tanquam provinciæ opus accincto. *Signettum*, hoc est Epistolarum Regis secretiorum signaculum custodiæ suæ commissum vident, & hanc in rem quatuor sibi subservientes Clericos; Qui una cum assistentibus Secretariolis ab ipsorum ore dependent & suffragio. Concilii hujus velut appendices 4 demus Clericos, quorum interest omnia coram exhibita perlegere, dictata Scribere, & perfecta quælibet in Archivum reponere. His accedit officinæ Chartaceæ *Custos*. Notandum denique Consiliariorum infimum sententiam primò de negotiis laturum esse, ne aliorum authoritas frænum ori imponat & intempestivam reverentiam. Ad Regem ultimò & Caput omnium reversum est, qui judicium profert

multo pondere onuſtum, omniumque Vota certò uſque ſuperaturum; qui inter hoſce Regni Magnates nudis capitibus aſſidentes apparens, Solem ipſum exhibet, Stellarum, honeſtâ quadam caligine interdiu obumbratarum, ſatellitio ſtipatum.

Ab hiſce Conſiliariis *Eccleſiaſtica* Convocatio, dependet, & primò venit conſideranda. *Regimen Eccleſiaſticum.*

Suggerente igitur ſecreto Concilio ſui Reſcriptum emittit Rex ad utriuſque provinciæ Archiepiſcopos, ut illius authoritate ad tempus & locum in Brevi declaratum Nationalis habeatur ſynodus, & ut Epiſcopi, Decani, Archidiaconi, Cathedrales Eccleſiæ & Collegiatæ in unum coeant & colligantur. Quo facto Archiepiſcopus Cantuarienſis, Epiſcopum Londinenſem, Provincialem ſibi Decanum, de hac

hac re certiorem faciens, in mandatis dat ut ſupra nominatis diem dicat; hac tamen lege ut Procurator unicus ex Eccleſiâ Cathedrali, Clericique duo inferiores qualibet è diocæſi è toto corpore ſufficiant ipſumque verius èxprimant. Convocatio hæc uſque & uſq; veneranda ad Divi Petri Templum apud Weſtmonaſterium habetur, ubi Barones ſpirituales & Plebeii (*Communes* vulgò dicti) conſultum eunt & coguntur. Superior Domus in Provinciâ Cantuarienſi habita, 21 Epiſcopos, quibus ipſe præſidet Archiepiſcopus; Inferior verò 22 Decanos, 24 Prebendarios, 54 Archidiaconos, Clericoſq; inferiores 44 complectitur.

Sole primo elucente utriuſque Domus Prolocutor eligitur, inferior tamen ſuperioris teſtimonio omnino ornandus.

Quod Regi placet, illis unicum

cum ſit thema una & ſollicitudo. De Religione tantum ſententiam ſtatuant, & ſola Pietas horum invocet auxilium. Si verò Majeſtas ſuppetiarum uſpiam nonnihil impetret, in deliberationem ſtatim cadit, ſed utcunque ſeſe exerit Fidelitas, à Clero vectigal, annuentibus tantum repræſentativis, exigatur.

In Superiori Domo res omnis primò excutienda & examinanda conſeſſui inferiori defertur, & à calculorum dependet numero. Quibus quidem omnibus ſi accedat Rex Parlamenti ſubſcriptione vix indigeant.

Hunc in modum alterius Provinciæ Archiepiſcopus Eboraci ſuum habet conſeſſum, literiſque ſæpius ultro citroque tranſmiſſis, eadem agunt determinantq;. Hi denique omnes ſua habet Privilegia & cum ſenatoribus rerum Civilium ſtudioſis communia.

Inter

Inter *Fora*, tot velut manus iratæ Synodus authoritati ſupplicia porrigentes, quæ rebus Eccleſiaſticis inſerviunt ſumma fiat *Delegatorum* Curia; cui quidem cauſæ omnes à Curia de Arcubus ſupplicatum veniant, & appellatum.

Hanc excipiunt ipſius Archiepiſcopi Curiæ, inter quas principatum obtinet *Curia de Arcubus*, ab arcuato Sanctæ Mariæ apud Londinenſes Templi opere, antiquâ Juſtitiæ hujus ſede, vulgò nuncupata. Judicem hic de Arcubus Decanum appellitemus, eo quod dominiù quoddam in Decanatum Parochias 13 amplexantem & extra Epiſcopi Londinenſis oculos poſitum, exercet. Hic agunt Advocati quamplurimi juriſprudentiæ Doctores, Regiſtarii duo, decem & Procuratores. Hac coram ſe tota Cantuarienſis ſiſtit Provincia, & in appellationibus Juſti-

Juſtitiam exactiori trutinâ & æquilibrio expectat aſſignatam.

Audientium Curia intra Palatii Archiepiſcopalis cancellos habita, de Electionibus, Conſecrationibus Epiſcoporum, & de Sacerdotum in Beneficia admiſſionibus ſatagit; & res ad Matrimonii publicationem referentes, Diſpenſationes, cæteraque id genus amplectitur.

Prerogativæ Tribunal Hereditates Teſtamento diſpoſitas aut ſine teſtamento deſcendentes, ſuæ velut conſiderationis, vendicat; modò decedens ipſo mortis articulo 5 librarum valorem pluribus in Diocæſibus reliquerat. Curias haſce duas Archiepiſcopus Eboracenſis venditet, ſimilemque in iis excellentiam.

Peculiarium forū advenit deignandum, quod Parochias 57 in ua provinciâ deſpiciens peculiarem ipſis juriſdictionē, & abEpiſ-

coporum caſtigationibus immunitatem non exiguam impertit.

His annumerentur Epiſcoporum Curiæ in Eccleſiâ Cathedrali cujuſlibet Diocæſeos habitæ. Ubi Judices præ ſe ferant totidem Cancellarii juris utriuſque Doctores. In Provinciis majoribus Huic adjunguntur Officiales Foranei, qui alibi cauſarum quarundam Arbitri *Conſiſtorii* curiam agnoſcunt. Hunc in modum Archidiaconus, & Capitulum omne ſuo ſedeat pro Tribunali.

Lites quæ Curias haſce movent, ſunto Blaſphemia, Apoſtaſia, Hæreſes, Schiſmata, Ordinationes, Clericorum in Beneficia inſtitutiones, Cultûs Divini Celebratio, Matrimonii jura, Divortium, Natalium infamia, Decimæ, Oblationes, Obventiones, Mortuaria, Dilapidationes, Teſtamentorum Probationes & Adminiſtrationes, Simonia, Inceſtus, Adul-

Adulteria, Procurationes, &c. quæ omnia Legis Municipalis autoritatem omninò evadunt & Avaritiam.

Eccleſiaſticæ adminiſtrationis Genio & methodo quadrant plurimùm generalium Conciliorum Canones, & ſanctorum Patrum arbitria; nec non conſtitutiones aliæ minimè ſcriptæ, & Canones uſu tantum Legiſlatore inducti. Quæ omnia obice nequaquàm interpoſito pacatius fluant, ſi nec in Regis prærogativas, nec in Leges Regni properent ruantve.

Supplicia Tribunalibus hiſce ancillantia ſint primò *Minor Excommunicatio*, ubi quis vel à templo vel ab Euchariſtiâ excluſus, Contumaciæ (ut plurimum) ſentit præmia.

Excommunicatio major Hereticos, Schiſmaticos, aliaque furfuris hujuſce monſtra perſequitur; & ab omni Chriſtianorum

arcet Consortio. Si verò tandem pœnitentia nuspiam Rhetoricetur, & 40 dies sub Flagitii onere laborantem viderint, Carceris squallores pertinaciam frangant par est, animumque inducant sanctiorem.

Pervicacem adhuc sequuntur *Anathematismi* Fulmina, quæ Diis manibus odiosum devovent Caput, & ad inferos detrusum mittuntur.

Interdictum cultus divini celebrationibus Remoram injicit, & vel locum aliquem specialem vel Populum comitatur.

Feloniæ reos & vitæ suæ vim inferentes & Hæreticos, occupat aliud supplicium; funera Christianos decentia ipsis negat, exiguâ velut tellure indignis; minimè in pœnam mortuorum sed in terrorem viventium excogitatum.

Publica pœnitentia, publicam in

in Templo confeſſionem extorquet. Ubi ſceleris alicujus Conſcius linteo candido indutus, nudis pedibus, manu interea Virgam tenente veniam & preces populi obſecrat, & contritionem animique dolorem coram Deo, cæteriſque Cælorum Incolis profitetur. Hoc tamen aliquando nummorum nonnihil inſuſus divinos erogatū, excuſat.

Caſtigationibus hiſce tam Clerici quam Laici ſemet dent ſubjectos: ſed Cleros ſolos terreat ab Officio aut Beneficio *Suſpenſio*, vel *Deprivatio*. Ab Officio deprivationes, quæ degradationes audiunt, in immanioris flagitii ſolum reos deſcendunt, atque ultimo ſupplicio dignos. Hoc in negotio coram civili Magiſtratu indumentis ſacerdotalibus ab Epiſcopo exutus in Laicū mutatur, ut ſine ſcelere ſeverius & meritò tractetur.

Civile. *Civile* Angliæ Regimen jam proximè evocetur, quod primo & propius comitatur *Parlamentum*, Prælatorum Procerumque olim Concilium, jam verò plus minus Quadringinta annos ſenaculum inferius ſubtexum complectitnr.

Penes Regem aut illius vicem gerentis eſt conventûs hujuſce citatio, quæ (perſuadente Concilio privato) per * Reſcriptum 'quadraginta circiter dies ante ſeſſionem emiſſa Dynaſtis ſeu Paribus viritim illam accipientibus futura nunciat Comitia. Et ſi Epiſcopus compellet, in Fide & Dilectione, ſi Pares, per Fidem & *Allegiantiam*, omni prorſus omiſſa excuſatione (die & loco dictis) præſentes de negotiis

* *Bates Elenchus Motuum in Anglia Pag. 7. Edit. Lond. 1676. Et Smith de Repub. Angl. Cap. 3. Lib. 2.*

arduis

arduis tractaturos vult & mandat.

'Reſcripta alia cujuſlibet Comitatus Vice-comiti traduntur, ut Equitum & Burgenſium delectus agatur ſecundum Diplomata & Conſuetudines, ex antiquo commiſſas. Quo fit ut à commendatioris ſortis hominibus (hoc eſt quadraginta ſolidorum Reditum annuatim numerantibus) in quolibet comitatu duo Equites, qualibet in Civitate & Municipio duo Burgenſes, aut ſi res ita ferat, Unicus, à Municipibus cooptentur & eligantur: Salvis tamen ipſis Vice-comitibus, Clericiſque animarum curâ & ſalute laborantibus.

Hoc ideo honore induti una cum ſervis à vocationibus in jus & ab actionibus omnibus immunitatem vendicant, niſi fortè fortuna Perduellionis, Feloniæ aut Perturbatæ Pacis Reatus nimium

mium inquinatos occupet.

Quolibet loci (prout Rex definiat) auguſtum hunc Senatum ſuſpicias, ſæpiuſculè verò Weſt. monaſterii habetur. Ubi Rex inter Dynaſtas poſitus ſolio collocatur, maxima pannorum pompâ & Conopeo ſupra pervolantibus. Pares juxta & Lanæ ſaccu-los (opificii noſtri promovendi indicia) ſedem occupant Judices, Qui & Regi ſunt *à ſecretis*, Archigrammatei, Cancellariæ Magiſtri, Jurisconſulti Regii, minimè ad ſuffragandum ſed ad conſulendum accerſiti.

Domus hujuſce Oratorem Regni Cancellarium ſive Magni ſigilli Cuſtodem nominamus. Expectantem hinc & conventui ſubſervientem Coronæ Clericum reſcriptis omnibus & Condonationibus à ſenatu manantibus onuſtum, illinc Parlamenti Clericum rerum hic geſtarum Archivum, duoſque

oſque inſuper Clericos huic ſuppetias ferentes cernamus: Hos propè *Virgæ Nigræ* Admiſſionalem, alioſque nutui illius auſcultantes.

Coronâ hic ornatus Rex omnes nudo capite deſpiciat, judices etiam non niſi conceſſâ veniâ ſedentes. Jurisconſulti Regii & Cancellariæ Magiſtri ſedeant licet nudo tamen Vertice uſque famulantur.

Cõmunes, ſeu inferioris (à dignitate nõ à loco ſic dicti) conſeſſûs Senatores indiſtinctè & nullo prorſus ordine collocantur, niſi quod horum Orator in medio Cathedram habet aſſignatam, Cleſicumque domûs illius juxta ancillantem. Inceſſus horum minimè ſolennis, trabeatis veſtibus omnique Dynaſtarũ ornatu neglectis, facies quotidiana & ordo inconditus arridet; unde exoritur quædam Veſtium varietas ve-

verè Plebeia, tali conventu, tali & gravitate omninò indigna.

Effulgente Comitiorum die, Rex regali ornatu indutus ſuperius Senaculum ingreditur, accitis etiam inferioris ſubſellii Senatoribus, ſuis ipſius verbis auſpicatus conventus iſtius graves cauſas ſuccinctè expònit, ob quas eximia Prudentiâ viros impenſe conſultos velit, Cancellarii ex ore ulterius peroraturus. *Commmunes* deinde ad ſedes ſuas redeuntes Regis juxta mandatum Oratorem eligunt: * Quem comitantur poſtea ad Regem omnes petitum ut ratam habeat ipſorum electionem. Quo facto Gratias Orator ſuo & totius inferioris Domûs nomine agit, ſupplicatque ut Privilegiis uti & libertate differendi bona cum venia liceat; ſi quiſquam ſententi-

* *Idem Bates.*

am in quacunque re disceptandâ vehementius dixerit, Regia Majestas id ipsum non ægrè ferre, nec propterea succensere velit ; ut ad Regiam Majestatem pateat accessus & ad Curiam superiorem quoties postulaverit Res. Qua venia data dimittuntur.

'Ne verò quisquam in augustos cum Rege consessus evectus se subditum obliviscatur, Equites, Cives, & Burgenses consessus inferioris viritim evocantur nominibus à quodam ad id Provinciæ delegato,& singuli in juramentum Allegiantiæ& Suprematus adiguntur. Quo fit ut puris tunc solum manibus res evolvant & commissa negotia.

Dynastarum Domus de Controversiis & appellationibus à *Cancellariâ* surgentibus, de Pariùm morte, de Mala Magistratuum administratione, juramenta

ta exigendi utpote in corruptelâ Judicum, &c. Et Statuendi jus habeto. Quinetiam Licentiâ Regis datâ alius quis absentis vicem præstet & suffragia.

Domus Communium supplicandi & rogandi juris privilegia aut etiam accusatoris & actoris partes etiam in maximos, nunquam judicis munus, sibi vendicavit; ‘ præterquam intra suos parietes & in collegas ejusdem consessûs, idque non ultra incarcerationis aut mulctæ pœnam. Notandum, nullum hic actionum suarum rationem domi rediturum, prout apud fœderatos Belgas in more aliquando fiet. Illorum tamen est populi sui & comitatus singuli in felicitatem sudare. Unde ab illis rationabiles expectent expensas laboris & repræsentativi locum gerentis præmium.

‘ * Integrum est utrique Con-

* *Idem.* ‘ sessui

'ſeſſui de rebus à Rege propoſi-
'tis vel de Legibus condendis
'abrogandiſve &c. diſſerere &
'ſtatuere & Scriptis mandare,
'ita ut quicquid ter lectum vide-
'tur, alteri invicem per nuncios
'tranſmittendum ſit. De quo
'habita diſceptatione, ſi ſuffragiis
'adjectis eidem ſententiæ ac-
'ceſſerit conſeſſus, in ſcripti Ca-
'pite notatur hac inter Proceres
'formula, *Les Seigneurs ont aſſen-
tes*, inter Populares iſta, *Les
Communes ont aſſentes*. Sin in di-
'verſum abeant, uterque non ra-
'rò conſeſſus in unum coit, aut
'ex his ſelecti præcipui viri, qui
'ſermones conferant loco ad
'conventum accomodo; quem
Cameram appellant *depictam*; in
'qua ſtantes Communes & nuda-
'tis capitibus Proceres pileis
'tectos & ſedentes excipiunt
'grandi cultu, atque ibidem
'utrorumque exponuntur ſenten-

'tiæ: quas ſi diſcrepare conti-
'gerit (ſicut accidere interdum
'ſolet) in nihilum res abit. Si
'verò in unum convenerint ad
'Regem aut ad illius Commiſſio-
'narios res defertur: quam ſi
'probaverit & ille, ſcribit *Le*
'*Roy le veut*, quo, veluti animâ
'corpori infuſâ, vitam accipit,
'atque in Legem numeris omni-
'bus abſolutam tranſit. Ubi
'verò Rex oblatâ ſibi comproba-
're noluerit, ſcribere in ſummo
'Paginæ ſolet *Le Roy L'aviſera*;
'interdum diſertim negat, quæ
'propterea ut penitùs abjecta &
'abolita reputantur.

Si quis inter Communes contra Legem rogandā pronunciet, aperto ſtat capite Oratori directurus ſententiam; alio verò quopiam reſpondente, in diem ſileat neceſſe eſt, ne duorum garrulitate tempus otioſè conteratur & horas perdant. Taceat inte-

nterim etiam ipſe Orator omni ſuffragio privatus, niſi calculo-um æqualitas ipſius poſcat de-iſionem.

Mane quolibet fiat conſeſſus, iſi ſtatæ feriæ & dies aliquando ſanctiores contra denuncient. Cætus verò quidam Selectior ſt prandium diebus profeſtis ogatur ubi pro libitu diſputent diſceptant. 'Tantum intra 'Modeſtiæ limites continere ſe 'aſſuevit uterque conſeſſus ut ſi 'quis de rege protervius locutus 'fuerit, non niſi condigna culpæ 'pæna delictum expiaret, pænas 'propria repoſcente Collegarum 'curia.'

'Gladio accinctus vel alio 'quodam telo armatus nullus hic 'ne quidem Senator terrorem 'circumferat aut loci reveren-'tiam imminutum eat.

'His Regem Conciliis inte-'reſſe deinceps (niſi quoties

'libuerit) nulla cogit neceſſitas 'præterquam in fine ſeſſionis ut 'robur & vim legum decretis 'adjiciat. Ubi ſi vel ſeſſionis prorogatio vel diſſolutio ſit in animo, per nigræ Virgæ Admiſſionalem Communes ad ſuperius ſenaculum accerſit, ubi, ab ipſo brevi primo habita oratione, Prorogationis aut diſſolutionis munus Cancellario amandat. Si verò durantè ſeſſione ipſe Rex fato fungatur, ipſo facto Seſſio ipſamet expirat, & diſſolvitur.

Notandum denique Leges jam minimè iri promulgatas, reputante Rege quemlibet à ſuo repræſentativo acta quælibet auditurum.

Cata-

Catalogus Comitatuum, Urbium, Oppidorum & Portuum qui Deputatos eligunt ad Domum Communium mittendos, unà cum Burgenſium è ſingulis locis numero.

Bedfordſhire.

Comitatus *Bedford*	2
Oppidum *Bedford*	2

Berkſhire.

Com. *Berks*	2
Oppid. *New-Windſor*	2
Oppid. *Reading.*	2
Oppid. *Wallingford*	2
Oppid. *Abbingdon*	2

Buckinghamſhire.

Com. *Buckingham*	2
Oppid. *Buckingham*	2

Oppid. { *Chipping-Wiccomb* 2
Aylisbury 2
Agmondesham 2
Wendover 2
Great Marlow 2

Cambridgeshire.

Com. *Cambridge* 2
Acad. *Cambridge* 2
Oppid. *Cambridge* 2

Cheshire.

Com. *Chester* 2
Civ. *Chester* 2

Cornwall.

Com. *Cornwal* 2

Oppid. { *Dunhivid* alias *Lancester* 2
Leskard 2
Leswithiel 2
Truro 2
Bodwin 2
Helston 2
Saltash 2

Oppid.	*Gamelford*	2
	Port-Pigham alias *Weſtow*	2
	Crampound	2
	Eaſtlow	2
	Penryn	2
	Tregony	2
	Boſſiney	2
	St. *Ives*	2
	Foway	2
	St. *Germans*	2
	Michel	2
	Newport	2
	St. *Mawes*	2
	Killinton	2

Cumberland.

Com. *Cumberland*	2
Civ. *Carliſle*	2
Oppid. *Cockermouth*	2

Derbyſhire.

Com. *Derby*	2
Oppid. *Derby*	2

Devon-

Devonſhire.

Com. *Devon* 2
Civ. *Exeter* 2
Oppid. *Okehampton* 2
Aſhburton 2
Totnes 2
Plymouth 2
Barnſtable 2
Plympton 2
Honiton 2
Taviſtock 2
Clifton 1
Dartmouth 2
Hardnes 1
Belraſton 2
Tiverton 2

Dorſetſhire.

Com. *Dorſet* 2
Oppid. *Pool* 2
Dorcheſter 2
Lime-Regis 2
Weymouth 2

Mel-

Oppid.	*Melcombe-Regis*	2
	Bridport	2
	Shaſton	2
	Wareham	2
	Corf-Caſtle	2

Durham.

Com. *Durham*		2
Civ. *Durham*		2

Eſſex.

Com. *Eſſex*		2
Oppid.	*Colcheſter*	2
	Maldin	2
	Harwich	2

Glouceſterſhire.

Com. *Glouceſter*		2
Civ. *Glouceſter*		2
Op.	*Cirenceſter*	2
	Tewkſbury	2

Herefordſhire.

Com. *Hereford*		2
Civ. *Hereford*		2

Lemp-

Op. { *Lempſter* 2
{ *Webly* 2

Hartfordſhire.

Com. *Hartford* 2
Op. { *Hartford* 2
{ St. *Albans* 2

Huntingdonſhire.

Com. *Huntingdon* 2
Oppid. *Huntingdon* 2

Kent.

Com. *Kent* 2
Civ. { *Canterbury* 2
{ *Rocheſter* 2
Op. { *Maidſtone* 2
{ *Queenborough* 2

Lancaſhire.

Com. *Lancaſter* 2
Op. { *Lancaſter* 2
{ *Preſton* in *Amounderneſs* 2

New

Oppid.	*New-Town*	2
	Wigon	2
	Clithero	2
	Leverpool	2

Leiceſterſhire.

Com. *Leiceſter*	2
Oppid. *Leiceſter*	2

Lincolnſhire.

Com. *Lincoln*		2
Civ. *Lincoln*		2
Oppid.	*Boſton*	2
	Great-Grimsby	2
	Stamford	2
	Grantham	2

Middleſex.

Com. *Middleſex*	2
Civ. *Weſtminſter*	2
Civ. *London*	4

Monmouthſhire.

Com. *Monmouth*	2
Oppid. *Monmouth*	1

Nor-

Norfolk.

Com.	*Norfolk*	2
Civ.	*Norwich*	2
Oppid.	*Lynn-Regis*	2
	Great-Yarmouth	2
	Thetford	2
	Caſtle-Riſing	2

Northamptonſhire.

Com.	*Northampton*	2
Civ.	*Peterborough*	2
Oppid.	*Northampton*	2
	Brackley	2
	Highham-Ferrers	1

Northumberland.

Com.	*Northumberland*	2
Oppid.	*Newcaſtle* upon *Tine*	2
	Morpeth	2
	Berwick upon *Tweed*	2

Notting-

Nottinghamſhire.

Com. *Nottingham*		2
Oppid.	*Nottingham*	2
	Eaſtretford	2
	Newark upon *Trent*	2

Oxfordſhire.

Com. *Oxon*		2
Acad. *Oxon*		2
Civ. *Oxon*		2
Op.	*New-Woodſtock*	2
	Banbury	1

Rutland.

Com. *Rutland*		2

Shropſhire.

Com. *Salop*		2
Oppid.	*Salop*	2
	Bruges alias *Bridgenorth*	2
	Ludlow	2
	Great-Wenlock	2
	Biſhop-Caſtle	2

Somerſetſhire.

Com. *Somerſet* 2

Civ.
- *Briſtol* 2
- *Bath* 2
- *Wells* 2

Oppid.
- *Taunton* 2
- *Bridgewater* 2
- *Minehead* 2
- *Ilceſter* 2
- *Milbournport* 2

Southampton *aut* Hampſhire.

Com. *Southampton* 2

Civ. *Wincheſter* 2

Oppid.
- *Southampton* 2
- *Portſmouth* 2
- *Andover* 2
- *Yarmouth* 2
- *Peterfield* 2
- *Newport* 2
- *Stockbridge* 2
- *New-Town* 2
- *Chriſtchurch* 2

Whit-

Oppid. { *Whitchurch* 2
Limington 2

Staffordſhire.

Com. *Stafford* 2
Civ. *Litchfield* 2
Oppid. { *Stafford* 2
Newcaſtle under *Line* 2
Tamworth 2

Suffolk.

Com. *Suffolk* 2
Oppid. { *Ipſwich* 2
Dunwich 2
Orford 2
Alborough 2
Sudbury 2
Eye 2
St. *Edmondsbury* 2

Surry.

Com. *Surry* 2

Oppid.
- *Southwark* 1
- *Blechingly* 1
- *Ryegate* 1
- *Guilford* 1
- *Catton* 1
- *Haſlemere* 1

Suſſex.

Com. *Suſſex* 1
Civit. *Chicheſter* 1

Oppid.
- *Horſham* 1
- *Midhurſt* 1
- *Eews* 1
- *New-Shoreham* 1
- *Bramber* 1
- *Steyning* 1
- *East-Grimſtead* 1
- *Arundel* 1

Warwickſhire.

Com. *Warwick* 1
Civ. *Coventry* 1
Oppid. *Warwick* 1

Weſtmorland.

Com. *Weſtmorland* 2
Oppid. *Apulby* 2

Wiltſhire.

Com. *Wilts* 2
Civ. *New Sarum* aut *Salisbury* 2
Oppid. *Wilton* 2
Downton 2
Hindon 2
Weſtbury 2
Heylesbury 2
Calne 2
Devizes 2
Chippenham 2
Malmesbury 2
Cricklade 2
Great Bedwin 2
Lugderſhal 2
Old Sarum 2
Wooten-Baſſet 2
Marleborough 2

Worceſterſhire.

Com.	*Worceſter*	2
Civ.	*Worceſter*	2
Oppid.	*Droitwich*	2
	Eveſham	2
	Bewdley	1

Yorkſhire.

Com.	*York*	2
Civ	*York*	2
Oppid.	*Kingſton* upon *Hull*	2
	Knaresborough	2
	Scaresborough	2
	Rippon	2
	Richmond	2
	Heydon	2
	Burrowbridge	2
	Malton	2
	Thirske	2
	Aldborough	2
	Beverly	2
	North-Allerton	2
	Pomfret	2

Barons of the Cinque-Ports.

Portus *Haſtings*	2
Oppid. *Winchelſey*	2
Oppid. *Rey*	2
Portus *New Rumney*	2
Portus *Hyeth*	2
Portus *Dover*	2
Portus *Sandwich*	2
Portus *Seaford*	2

WALLIA.

Angleſey.

Inſula *Angleſey*	1
Oppid. *Bewmorris*	1

Brecknockſhire.

Com. *Brecon*	1
Oppid. *Brecon*	1

Car-

Cardiganſhire.

Com. *Cardigan* 1
Oppid. *Cardigan* 1

Carmarthenſhire.

Com. *Carmarthen* 1
Oppid. *Carmarthen* 1

Carnarvanſhire.

Com. *Carnarvan* 1
Oppid. *Carnarvan* 1

Denbyſhire.

Com. *Denby* 1
Oppid. *Denby* 1

Flintſhire.

Com. *Flint* 1
Oppid. *Flint* 1

Glamorganſhire.

Com. *Glamorgan* 1
Oppid. *Cardiffe* 1

Merionethſhire.

Com. *Merioneth* 1

Pembrookſhire.

Com. *Pembrook* 1
Oppid. *Pembrook* 1
Oppid. *Haverford-Weſt* 1

Montgomeryſhire.

Com. *Montgomery* 1
Oppid. *Montgomery* 1

Radnorſhire.

Com. *Radnor* 1
Oppid. *Radnor* 1

Senacu-

Senaculum ſuperius implent Duces omnes, Marchiones, Comites, Vice-comites, Barones, Archiepiſcopi & Epiſcopi.

Inferius Senaculum habet 80 *Equites*, è quadraginta *comitatibus* depromptos; Equites duodecim ex 12 Comitatibus *Walliæ* emiſſos; *Cives* 54, è Londino quatuor, & è 25 *civitatibus* 50; *Barones* 16, nomine tantum ſic dictos, è *Portubus* 8 advenientes; *Burgenſes* 336, è duobus *Academiis* 4, & è *Burgis* aut oppidis 168; duo enim inter hos Burgi duos tantùm depromunt. Duodecim denique Comitatus Wallici Burgenſes duodecim oſtendunt. Summa igitur hujuſce Domus inferioris numerum 510 exhibet.

Parlamento huic Poteſtas executiva in Curiis *Regiis* (à Majeſtate etenim dependent omnia) paratur. Summa harum omnium

um eſt *Dynaſtarum & Parium Curia*, appellationum omnium receptaculum, & à ſuccedentibus ſolum Parlamentis Corrigenda. Secundum huic locum occupet velim Inferius Senaculum, ut etiam & illud tribunal erigat, ut in Collegas alioſque poſſit animadvertere. Neſcio autem an non illic nimis altum, & ultra Crepidam ſapiat.

Dynaſtarum igitur foro Subſellium aut *Bancum* * *Regium* annexum cernite. In quo olim ipſa Majeſtas regia de una juſtitiâ laborabat, judicibus interim ad ſacros illius pedes ſedentibus. Hic loci actiones omnes *Coronam* ſpectantes, Vitæ & membrorum inter ſubditos injuſtæ Privationes, Proditiones, Feloniæ, Op-

---

* *Fuſius de hoc Cambdeni Brittaniæ Fol.* 129, 130. *Et Smith Cap.* 3. *Lib.* 2.

preſſio-

preſſiones, Pacis Perturbatores, malæ rerum inter magiſtratus Adminiſtrationes, & id genus alia ad conſiderationem accedunt, & caſtigantur. Quatuor hic ſeſe oſtendunt Judices; quorum Princeps Banci regii *Juſticiarius Capitalis* dictitetur. Hic cernere eſt Coronæ Clericum, Protonotarium, Carceris regii Subſellii Cuſtodem, Brevium Cuſtodes duos, Chartarum Clericos duos, *Errorum* Clericum, *Regularum* Clericum, Brevium Signatorem, Declarationum Cuſtodem, triginta & *Filizarios*, ita dictos, eò quod Brevia ſua *Filo* transfigere & ſuſpendere, illis eſt in conſuetudine, *&c.*

Proxima *Communium Placitorum Curia* eſt, ita nominata, quoniam hic *placita* & actiones ſubditorum in ſubditos ventilantur. Quatuor hic ſunt Judices, inter quos Communium placi-

placitorum Capitalis eſt Juſtitiarius. Nulli hic niſi ad legem *Servientes*, gradu digniores cauſas agant & prævaricentur. Inſerviunt hic Cuſtos Brevium, Protonotarii tres, quorum ad Officinam Curiæ hujus Attornati cauſas deferunt & deſcribunt. His Secondarios demus Clericoſque. Hic cernere eſt Ærarii Clericum, Clericum utlagariorum aut Proſcriptionum, Argenti Regii Clericum, Warrantorum, Juratorum, Eſſoniorum (excuſationum ob abſentiam) &c Clericos: Hic etiam Exigendarios 4, & 14 Filazarios &c.

Scaccarii aut *Fiſci Curia* omnes cauſas Reditum regium ſpectantes attrahit. Ubi ſummus ſedet *Theſaurarius*, Scaccarii *Cancellarius*, quinque Judices *Baronum* titulis ornati; quorum caput Baro Primarius, ultimus Baro *de curſu* audit. Scaccarium

Tribunalibus duobus gaudet; Unum pro normâ Leges eligit, Alterum Juſtitiam & Conſcientiam. Primum Barones ſolum; Alterum Theſaurarium, Cancellarium, & Barones habet.

Superius jactat Memoriæ Regis Miniſtrum, Memoriæ Theſaurarii Miniſtrum, Clericum & contrarotulatorem Pipæ (quoniam hic per Rotulum, *Ang. Pipe*, demittuntur Reſcripta,) Auditores veteris Reventionis 7, Forinſecarum Oppoſitorem, Mareſcallum, Clericum Summonitionum, Deputatos Camerarios, Secondarios in officio Memoriæ Regis & Theſaurarii quatuor, ſecundarios Pipæ duos, alioſque in diverſis officiis Clericos.

Inferius oſtendit Camerarios duos (pænes quos Liber Guliel-mi Victoris Cenſualis, vulgo *Doomsday*,) Vice-theſaurarium, Talliarum (lignorum diffi-

diffiſſorum) Clericum, Clericum Pellis (Membranarum,) 4 Numeratores, Junctores Talliarum duos, Deputatos Camerarii duos, pro Talliis Clericum, Theſaurariæ Cuſtodem, Tabellarios Ordinarios 4, Scribas 2, Decimarum & Primitiarum item Officiarios, &c. Qui omnes adeo frugi & adeo in parſimoniâ magnifici, ut minimo penè regis ſumptu cuncta negotiantur, ut & Prudentiam nulla non gens exinde diſcat & imitetur.

Hanc comitetur *Lancaſtriæ Ducatûs Curia*, quæ reditus è comitatu Lancaſtrenſi exurgentes colligit, Majeſtatem conſtitentes, & regio Diademati jampridem annexos. Judex Capitalis in Ducatûs hujuſce Cancellario invenitur, quem Procurator (Attornatus) illic Generalis, Receptor generalis, Vicecancellarius, Auditores duo, Cle-

ricuſque *&c.* ſequuntur.

In *Cancellariæ Curiâ* (quia inter *cancellos* circumſcribitur) & Juſtitiæ & Legis meditemur Tribunalia. Unicus hic Judex ſit Magnus Angliæ Cancellarius aut Magni ſigilli Cuſtos. Cujus eſt ſummi juris rigorem frænare, cui Prætores alii invitò indulgere habent. Curiæ hujus *Proceſſus* juris civilis Methodum amat, ubi actiones prolato Libello & querela, teſtibus privatim examinatis, duodecim amotis inquiſitoribus, ſententiam ſolum à Cancellario emittendam expectant; Qui duodecim quidem adjutoribus Gaudens, Rotulorum Magiſtrum (penes quem ſunt Diplomata omnia, Literæ patentes, Syngraphæ, Recognitiones *&c.* Rotulis formata) & undecim alios Cancellariæ Magiſtros deſpicit. His Proxime accedunt Coronæ Clericus, Hanaperii

naperii, ſive Caniſtri, *Ang. Hamper)* Clericus, Sigillator, Ceræ Miniſter, Curſiſtæ 24, Clericus ad Brevia de ſub pœnâ, Protonotarius, Sex Clerici ea appellatione nominatiſſimi, Regiſtrarius, Clerici parvæ bagæ (Sacculi) tres, Clericus Præſentationum, Clericus ad Facultates *&c.*

Curiæ hæ omnes quater annuatim patent & quatuor Anni *Tempora* agnoſcunt. Primum, *Paſchatis ſc.* Tempus, in 17 diem poſt Paſcha incipiens in 27 Soles profertur. *Trinitatis* Tempus 5to die poſt diem Trinitatis Dominicam occipiens 20 dies, & Vigeſimus tertius Octobris cum diebus 37 ſequentibus Terminum Sancti *Michaelis* habet. Vigeſimus vero tertius Januarii cum die 12 Februarii *Hilarium* complectitur. Hæc omnia cernat Londinum; Bini verò Judices bis quolibet in anno (poſt Hilarii

ſc.

ſc. & Trinitatis Terminos) comitatus ſibi aſſignatos emetientes in Municipio comitatus cujuſque Capite deſident, & de cauſis levidenſioribus ſive Criminalibus ſive Civilibus judicatum eunt & denunciant. Walliam verò duo ad Legem Servientes peragrant, Limitaneo quidem illius Præſide alàs pro Tribunali ſedente & Cauſarum examinatore.

Regimine Civili Anglorum ſuccinctè jam deſcripto, Comitatuum, Civitatum, Burgorum & Pagorum Adminiſtrationes coram exhibentur.

In *Comitatibus* nonnulli Nobilium, Clericorum, Generoſorum, Juridicorum &c. à Rege ad hoc negotium deſignati *Irenarcharum* gaudentes nomine, pacem reipub. meditantur & colunt. Inter quos alii authoritate pleniore imbuti Irenarchæ de *Quorum* nominantur; barbariſ-

mo

mo illo à verbis Mandati (ſc. *Quorum unum eſſe volumus*) extracto; Innuente hic Majeſtate quaſdam majoris momenti res ſine Magiſtratus hujuſce præſentiâ nequaquam iri tranſactum. Inter hos etiam quolibet in Comitatu Rotulorum cuſtos & Memoriæ Magiſter à ſummo Cancellario conſtituitur, ut omnia Seſſionum acta in Archivum referantur. Irenarcharum munus eſt Latrones, Homicidas, Vagos, examinationi & carceri mandare omneſq; alios paci publicæ impedimento futuros. Quo fit ut tertio quolibet menſe, duodecim inquiſitoribus de viciniâ exhibitis, in Municipiis conventus agant, de delictis quibuſlibet rogantes ut * *Aſſiſis* proximis

---

* *De Curiarum Civilium methodo optimè tractat Smith de repub. Ang. Cap. 26. Lib. 2.*

&

& Judicibus juriſdictiones ſuas viſitantibus, determinandi detur Argumentum & de ſceleribus Victoria. Sed nec hic ſiſtat Regis erga ſui populum amor, & de conſervandâ rerum ſalute ſollicita benignitas. Sub anni enim cujuſlibet finem *Vice-comitem* aut Comitatus cujuſque Cuſtodem de Soli ejuſdem Generoſis eligens, Subjectis ſuis (ita loquimur) pacatas noctes nihili vendit & ſecuritatem. Weſtmorlandiæ interim Cuſtodiam hæreditario jure vendicantibus aliis, & Dunelmo Palatinatûs Jura jactitante, Vice-comitis eſt, Mandata Regis & Reſcripta de Curiis ſuperioribus emanantia ocyùs exequi, inquiſitionem duodenariam conſcribere, Malefactores Cuſtodire & ſupplicio afficere, Itinerantes judices in Comitatus ſui diſtrictu hoſpitio excipere, armatâ & Equeſtri ſervorum pom-

pâ

pà comitari & defendere, pecuniarias mulctas & vectigalia ad Regem reditura colligere &c, quo ſit ut *Subvicecomitem*, *Clericos*, *Seneſcallos*, Centuriarum ſuarum *Balivos*, *Coneſtabiles*, Carceris *Cuſtodes &c.* ſibi famulantes habet & negotii ſui ſtudioſos. Duas Curiolas & Tribunalia ipſum tanquam Judicem ſpectantia agnoſcat. Alterum cauſarum Criminalium (vice-comitis *Turnum* dictum) alterum Civilium lites infra 40 ſolidos Vendicantium, receptaculum.

Quinimò comitatum quemlibet ornant duo Cædis Quæſitores *Coronatores* dicti, qui duodecim Vicinis adhibitis de omni morte hominis violentá deliberant & conſultum prodent.

His addamus *Ædilem Cerealem*, qni ad exemplar Regium Pondera & Menſuras omnes conformandas jubet & minimè injuſtas.

juſtas. Hunc in Finem Tribunal illi erigere datur, ſontes pœnæ dare, & nequioribus iraſci.

Utinam *Regiſtrarium* ultimò deſignem; cujus in tabulis Hypothecas omnes, & venditiones Prædiorum *&c.* publicè deſcribere neceſſum erit, quo Verſutiis, Fraudi, Doliſque finem quendam imponere liceat, & ut diſcamus tandem divitias haud ab Inferis eruendas. Opus hoc Meditatur indies & jugiter Comitiorum Prudentia, & propediem (ſperamus) ad exitum deducta eſt.

In *Civitatibus* penes populum eſt Prætoris ſui aut Balivi electio, cui addito Civium omnibus ex Artificiis depromptorum Concilio, (nè vel unius Utilitati derogetur,) Navem quo vocitet ſalus, agendam ſuadent, Urbemque fieri hinc à Scylla, illinc à Charybdi ſecuram. Regis hi vicem

cem gerentes Leges quaſdam privatas, at extra Civitatis Confinia nequaquam valituras figant, Tribunalia erigant, cùm cauſas criminales, tùm Civiles auditura; hoc tamen nomine ut rerum Civilium negotia ad curias ſuperiores evolant, & ut Magnorum apud Weſtmonaſterium ſubdantur Prudentiæ.

Londinenſis Urbs Prætori ſubjectos Vice-comites duos habet, magna illic rerum mole auxiliatrices plurium manus invitante.

Burgorum Adminiſtrationes tantum non eædem Civitatum ſequuntur in gubernando methodos.

Pagorum regimen Soli aut *Manerii* Dominum penes eſto, qui * *Baronis* & * *Letæ* Curiam uſitatius ad id operis conſtituens, per minutioris notæ Coneſtabi-

* *Smith Cap.* 20. & 21. *Lib.* 2.

Iem

lem paci proſpicit & rerum integritati: Eccleſiæ Paſtore una cum Ædituis, Pauperum Gardianis, Clerico Parochiali Eccleſiaſticam interim adminiſtrationem exércentibus; quo fit ut & Villula omnis Monarchiæ Compendium audiat, & eam eandem cum aliis Vitæ Dulcedinem ſentiat, & felicitatem Gentibus parem.

Militare. Regimen Militare copias complectitur terreſtres juxta & maritimas. Quæ omnes uno & Regis reguntur nutu. Senatûs etenim, ipſo fatente, hic perit autoritas, negotium velut ſubditorum manibus nimis ſacrum, & Monarchæ ſolummodò tractandum viribus.

Vis autem *terreſtris* è Regis primum Satellitio ſex turmis equeſtribus conſtante perficitur, & è Legionibus duabus equeſtribus

bus non uno in loco ſtabilitis, una cum turmâ Equeſtri ſemper ad Berwicum ſedente. Octo etiam peditatûs Legiones cernas, quibuſdam circa regis Palatium, quibuſdam varia ad Stativa commorantibus. Cohortes alias, in Legiones tamen minimè diſpoſitas, multa poſcunt præſidia; qualia ſunt Berwicum, Carleolum, Chepſtow, Durovernum, Graveſend, & Tilbury, Caſarea, Sacra Inſula, Hullum, Caſtellum Hurſt, Jerſeia, Portus Landguard, Caſtellum St. Mauz, Caſtellum Pendennis, Plymutha, Portsmutha, Sandown Caſtellum, Sheerneſs, Scilly, Caſtellum Scarborough, Caſtella Tinmouth, Upner, & Calſhot, Turris Londinenſis, Caſtellum Windſorianum *&c.*

Copiis hiſce terreſtibus haud minus quam 210000 librarum fiant annuatim ſuſtentaculo,

ſumptibus aliis magna quidem mole in improviſam Majeſtatem hinc ſæpius irruentibus.

Regem autem agnoſcit conſcripta quædam *Militia* ab illius Præfectis, ſummis regni Paribus aliiſque officialibus, (excepto Londino, Prætore ibidem & Senatoribus urbanis id officii ſibi demandatum accipientibus) adminiſtrata. Ubi Comitatus quilibet in Turmas & Legiones coactus Præſtò adſtat Rebellionis cujuſque aut Invaſionis ab extra propulſator ſtrenuus. Ad exercitum hunc parandum digniſſimi quique quinginta libras è reditibus annuatim numerantes, aut 6000 librarum gazâ locupletes Militem, Equum & Arma emittunt; Qui verò quinquaginta libris gaudet annuatim, aut Sexcentas illicò libras de ſuo depromat Militem pedeſtrem; Pauperiores verò duo vel tres in

equum

equum aut Equitem aut Peditem Symbolam conferunt. Adeo autem prudentiſſimè hæc excogitata eſt noſtri defenſio ut pulſato tantùm tympano aut ſonante concitatius tubâ, armati exurgant ſtatim omnes in periculum omne totis pectoribus ituri. In Diribitorium tanquam in arenam bis quolibet in anno, ad Irenarcharum, Præfectis ſubſervientium, Monitus, deſcendunt Omnes; ubi ad Ducis Mandata nunc Arma tractitant, nunc fortitudinem quandam mentientes atrociter undique fi&to prælio, & innoxiis ignibus pugnam incunt, ut autem hic ſentias vel in alta pace ultra centum & 40 millia militum paratò eſſe, & hos non tantum belli peritos, ſed & militiæ magiſtros, veteranos & emeritos. Armiluſtrii tempore Eques quilibet 2 ſolidos, Pedes vero 12 denarios dietim vendi-

cat, extra Regni autem limites nequaquam mittendi.

Hoſtium adventus & imminentia pericula ſpeculatorii paſſim nunciant ignes, quibus viſis ad littora confeſtim properant incolæ, quo melius reipub. ſalus ſiet in tuto, atque nefaria inimicorum avertantur Conſilia. Sic Hiſpanos anno 1588 excepimus, conſcriptiſque tunc temporis tribus militum millionibus, *Invincibilem* (ut crepebant iſti) claſſem ſic Evertimus funditus. At vero, flagrante Rebellione Ducis Munmuthenſis, Perfidiæ nonnihil hic (quod reris minimè) ſubolere Rex *Jacobus*, & ſuſpectam Exercitui huic Fidelitatem imputare. Unde, hoc ad tempus amoto, illi Militum copiæ cùm Equeſtrium cùm Pedeſtrium (viginti circitur millia) cogendæ venerant, ne malignæ aliorum inconſtantiæ perperam fiſus, Reipub. naufragium

gium faceret & orta Tempeſtate ſui fluctuet Imperium.

Dominium & principatum Marium circa affluentium ſibi aſſerentibus Angliæ Regibus, Vis *Maritima* eſt, quò jus hoc defendant, quo ſentiant omnes inficias contra ituri eſſe virtuti noſtræ debitum. Hinc fit quod præternavigantibus illic noſtrorum navibus, deducto Carbaſo obſequioſè ſalutant exteri, nec niſi impetrato Regis noſtri ſilentio illic Exerceant piſcaturam. Extorquet hoc Navium ex optima Materiâ ædificatarum firmitas mira, inſigniſſima celeritas & pulchritudo, adeo ut tot velut natantes inſulas, demiremini. Harum maxima à *Carolo* Primo conſtructa vulgo *Royal Soveraign* nuncupatur, & viros 815, tormenta bellica 100 complectitur. Secundū Longitudinem in 127, ſecundum latitudinem in 47, ſe-

cundum altitudinem autem in 49 pedes, extenditur. Tota Classis numero plus minus ducenteſſimo conſtans in ſex ordines diſtribuitur, ſequentibus illinc navibus onerariis & frumentariis quam-plurimis.

His omnibus præeſt ſummus Thalaſſiarcha qui ſub ſe alios habet Thalaſſiarchæ vicibus fungentes, & Judices & Mareſchallos variis in locis collocatos.

Tribunalibus haud paucis gaudet, inter quæ *Admiraliæ* elucet *Curia* cui nullatenus alia fiat dignitate par. Unicus hic loci Judex de rebus maritimis ſententiā dat, dum ſuo non Regis nomine aguntur omnia, & ad juris Cæſarei normam; lege Municipali minimè ultra infimum maris receſſum aut Rempublicam divagante. Tribunali huic ſubjicitur *Juſtitiæ* Curia, quæ lites explicat & Mercatorum componit jurgia.

Regiæ

Regiæ claſſis Gubernatio poſt ſummum Thalaſſiarcham Officialibus quatuor *ſc. Theſaurario, Contrarotulatori, Superviſori,* & ad Archiva *Clerico* demandatur. His immiſceantur *Commiſſionarii* quatuor & illorum Clerici.

Hanc Navium multitudinem ſex emiſerunt Navalia munificibus quam-plurimis Ornata, *ſc. Chatham, Deptfordia, Woolwich, Portſmutha, Sheerneß* & *Hardwichum.* Sedes quidem ampliſſimæ, ubi lignea hæc ædificantur & reſarciantur mœnia, & ubi & in portu navigent & tutò. Hinc impenſæ paululum (haud ultra 130000 librarum) pugnantium ſtrepitu pacem & commune otium neutiquam interpellante, rerum ſubſervit ſaluti; at vero ſi ædificandi & id genus onera, bellandique temporibus ingentes hinc illinc ſumptus præſtamus coram, eſt certè cur Regi noſtro

oſtro adeo frugi agamus gratias, & cur mirentur poſteri quo pacto ſine vel minimâ ſubditorum oppreſſione, opibuſque nuſquam emunctis, tam magnificè apud exteros audit Oceani Dominus, & Europæ pæne totius Arbiter.

Notandum Turrim *Londinenſem* inter nos præcipuum eſſe armamentarium, & bellicâ ſupellectile egregiè divitem. Hinc arma omnemque apparatum petant ſexaginta millia militum; Hic quinetiam Gemmæ & Diadematis Regii effulgent ornamenta; hic Monetaria ſeſe habet Officina, auro argentoque ſuis tanquam in mineriis coruſcante. Ergaſtulum hinc cernas Magnorum cuſtodiæ appoſitè deſignatum, illinc rerum memorabilium in Curiis *Weſtmonaſterii* geſtarum Archivum primarium &c. Hanc denique non tam Arcem

putes

putes quam Urbem bene muni-
tam nec non Elegantiſſimam.

CAP II.

De *Academijs*, *Collegiiſque* Londinenſibus.

CUm in ſummo Imperii faſtigio diutius detentus ſteteram ego, inferiores quaſdam illius partes jam nunc contemplari ſit animus. Intuenti igitur occurrunt ſtatim *Oxonienſis* & *Cantabrigienſis* Academiæ, duo Angliæ Lumina, Doctorum & Religioſorum ſeminaria.

Collegia hic Fundatorum munificentiis locupletiſsima, Scientiarum Profeſſores maximo Sti-

Stipendio honorati, Bibliothecæ tam privatæ quam publicæ graviſsimorum Authorum ingeniis mirè divites. Numerus dignitaſque ſtudioſorum apprimè inſignis. At vero tamen ſi illarum denique Diſciplinam & gubernandi leges proprius ſpectes, Perfectiſſimæ ſunt & divinæ. Meritò ſuſpicaris his in incudem primò poſitis Deos mehercule in Conſilium adhibitos.

Oxonia *Oxonium* Urbs ampla & elegans ſpectatiſſimâ planitie & perjucundo aere collocatur,* quaſi Muſæ conſpiraſſent illic domicilia ſtatuere, ubi ipſa Amænitas & Salubritas ſuas ſibi ſedes poſuerunt. Sub ipſis mænibus duo inſignes dilabuntur Rivi; & in Inſulis ludunt ac ſi data operâ Urbis celebritate

* *Rex Platonicus* Iſaaco Wake *Autho e.*

capti

'capti curſum alioquin rapi-
'dum ſpectandi gratia remora-
'rentur. Deus bone! quam mel-
litiſſimas tranſegi ego hic horas,
& quot ſeculis perfruor! Sed ut
me reprimam. Mille plus minus
annos literis & ſtudioſis fuerat a-
dornata. Obſcuram autem illius
Originem patefecit Avunculus
noſter *Antonius Wood*, Antiqua-
rius peritiſſimus, ad cujus ſanè
* opus remittendus eſt quicunq;
hæc ſpectaret fuſiùs & accurati-
us. Diverſis Hæc conſtat incolis,
Academicis & Civibus, unis
mæniis cincti ſunt ambo, ſed
Studiis & Moribus mirè ſejuncti.
Superioritatem agnoſcunt om-
nino Cives. Legi Cæſareæ ſub-
jugantur Togati & Vice-cancel-
larii Curiæ; Jus amant autem
illi Municipale.

---

* *Cui Titulus* Antiquitates Oxonienſes.
Vide etiam Notitia Oxonienſis Acad.

Supremus

Supremus Academiæ Magistratus est *Cancellarius* ab ipsis togatis è Regni proceribus sæpius eligendus. Ejus Muneris est totius Academiæ regimen curare, Libertates tueri & Defendere, *&c.*

Secundò *Seneschallus* à Cancellario è Nobilibus, Academiâ dictitante, designandus. Officii illius est causas Capitales secundum Regni Jura & Privilegia Acad. determinare & negotiis in aliis Cancellario auxilio esse, *&c.*

Tertiò *Vice Cancellarius* à Cancellario ex Collegiorum Præfectis quotannis nominandus. Cancellarii absentis Vices gerit, prospicitque ut Conciones, Disputationes cæteraque exercitia debitè peragantur, ut fontes puniantur, ut Hæretici, schismatici procul à consortio literarum amandentur, ut nulli non officiarii suis sedulò fungantur muneribus

muneribus. Denique ut quæ ad Honorem & profectum literarum conducunt omni ſtudio expediantur.

Quartò *Procuratores* duo per vices Collegiorum annuatim ſunt elegendi. Illorum eſt exercitiis Scholaſticis intereſſe, Noctivagos diligenter inveſtigare, in Scrutiniis Vota ſufiragantium exigere & ut nemo non extra temperantiæ limites divagatur.

Quintus eſt *Orator Publicus*, cujus officio incumbit Principes & Magnates Academiam invisentes Oratione excipere, & Epiſtolas Publicas, quoties opus fuerit, conſcribere.

Proximi ſunt *Cuſtos Archivorum*, *Bedelli* ſex, quorum eſt aſſiduè ad manum Vicecancellario præſto eſſe, & in Publicum prodeunti Clavas præferre, Ejuſdem præcepta denunciare, & ipſo

mandante quoſvis in carcerem compingere, Concionatores ad Eccleſiam deducere, Scholarium Mortuorum Bona in Catalogum referre, &c. His adjungitur *Virgifer* diebus ſolennioribus evocandus, & alii minorum gentium miniſtri.

Collegia ſplendidè conſtructa Inſtitutis ſapientiſſimis, Reditibus opimis ornata numero ſunt octodecem. In quibus mille plus minus ſtudioſi honeſte (imò pars major honorificè) publicis Fundatorum & Benefactorum impenſis aluntur. Eorum verò qui propriis ſumptibus Studiis vacant numerus, in pleriſque Collegiis major ſed incertus. Aulæ verò Septem tantum ſunt quas incolunt literati, ſuis tamen omninò impenſis & divitiis felices.

Collegia numero ſunt Octodecim.

Collegium	Fundatum
1. *Univerſitatis*	Anno 872 ab *Alfredo* Weſt-Saxonum Rege
2. *Baliolenſe*,	Anno 1262 à *Johanne Baliol* & *Dervorguil'a* Uxore *Johannis* Scotorum Regis Parentibus)
3. *Mertonenſe*,	An. 1274 à *Gualtero* de *Merton* Angliæ Cancellario & Epiſcopo Roffenſi
4. *Exonienſe*,	An. 1316 à *Gualtero Stapleton* Epiſcopo Exonienſi, Angliæ Theſaurario
5. *Oriolenſe*,	An. 1337 ab *Edvardo* Rege ſecundo

6. *Reginæ*, An. 1340 à *Roberto Eglesfield* TheologiæBaccalaureo, & *Reginæ Phillippæ, Edvardi* 3. Uxoris, Sacellano

7 *Novum*, An. 1375 à *Guliel.* de *Wickam* Epiſ. Wintonienſi, Angliæ Cancellario, inſigni poſtea una cum Collegio prope Civitatem Wintoniæ

8. *Lincolnienſe*, An. 1420 à *Richardo Fleming* & *Thoma* de *Rotheram* Epiſcopis Lincolnienſibus

9. *Omnium Animarum*, A. 1437 ab *Hen. Chichely* Archiepiſcopo Cantuarienſi

10. *Magdalenenſe*, A. 1459

Fundatum

à *Gulielmo Wainfleet* Episcopo Wintoniensi, Angliæ Cancellario

11, *Ænei Nasi.* An. 1515 à *Gulielmo Smith* Episcopo Lincolniensi, Academiæ Cancellario, & *Richardo Sutton* Armigero

12. *Corporis Christi.* An. 1516 à *Richardo Fox* Episcopo Wintoniensi, & Privati Sigilli Cust.

13. *Ædis Christi* An. 1546 ab *Henrico* Octavo

14. *Trinitatis.* An 1556 à *Thoma Pope* Equite Aurato

15. S *Johannis*, An. 1557 à *Thoma White*,

Collegium Fundatum

Collegium / Fundatum

Prætore Londinenſi

16. *Jeſu*, An. 1572 ab *Elizabetha* Reginâ

17. *Wadhamenſe*, An. 1613 à *Nicolao Wadham*, & Uxore ejus *Dorotheâ*

18. *Pembrochianum* A. 1620 à *Thoma Tiſdale*, Armigero, & *Richardo Whitwicke* S. Theol. Baccalaureo

Aulæ ſunt Septem, viz.

Magdalenenſis.
S. *Edmundi.*
Albanenſis.
Novi Hoſpitii.
Glouceſtrenſe.
Sanctæ Mariæ.
Corona.

Hæc

Hæc omnia tot velut Academias ſpectes, ubi qualibet in Societate Linguarum, Artium Liberalium auditionibus quotidianis, perpetuiſque diſputantium diſquiſitionibus ſtudioſi omnes privatim & in ſipariis diſtineantur, in ſcenam & publicum poſtea prodituri. Peractis exercitiis ad * Gradus Baccalaureatus in Artibus capeſſendum quatuor requiruntur anni; & hinc tribus annis elapſis Magiſter in Artibus conſtituitur. Deinde poſt ſeptem annos initietur in Theologia Baccalaureus, & his quatuor additis laurea tandem Doctorali donatur. In Medicinæ autem aut Legum Baccalaureum, Magiſter in Artibus tres emenſus annos tranſeat, Gradum Doctoratus quatuor exinde aliis impertientibus. Notandum au-

* *Vid. Statuta Oxonienſis Acad.*

tem

tem quamplurimos poſt duos completos annos à prima in Academiam admiſſione ſe ad Juris civilis ſtudium accinxiſſe, & hinc quinque præteritis annis ad gradum Baccalaureatus, & poſt quinque alios ad gradum Doctoratus evectos. Nimius eſſem ſi Scholas hic publicas, ſi Officinam Chymicam ſive Muſæum *Aſhmoleanum* omne genus miraculis & Philoſophica Societate perornatiſſimum, hic coram exhibuerim; Si Theatrum *Sheldonianum* non tam mole, quam opere magnificum, & prelum illic inſigne & Comitia magna hominum frequentiâ celebrata. Bibliotheca Publica & *Bodleiana* vix Vaticano quidem cedit, ubi omnes ferè Authores in Captivitatem hic perjucundam rediguntur, noſtrique alliguntur Catenis. In unoquoque Scientiæ genere Libros Excuſos

cuſos pæne infinitos reperies, Manuſcriptos & plurimos. En Libri omnium gentium Literis & Linguis editi. Turris *Babylonicæ* Confuſio haud plures daret. 'Scire vis utendi Copiam! omnibus & ſingulis, ne peregrinis exceptis, Muſarum aperta eſt Janua. Qnanto faſtu Exurgunt paſſim Collegia intus & ab extra perornatiſſima! Hortus quidem Publicus inſigni muro cinctus ſelectiorum Plantarum varietate & Copia abundat mirè, ut ſanè ſentias nos hic loci Paradiſum tandem inveniſſe.

In Academia hac cernere eſt Profeſſorem. Regium { Theologiæ. Medicinæ Juris Civilis. Ling. Hebr. Ling. Græcæ.

Lin-

Theolo. Dom. *Margaretæ* Matris *Henrici* Sep.
Linguæ Arabicæ.
Hiſtoriæ.
Philoſophiæ moralis.
Geometriæ.
Aſtronomiæ.
Muſicæ.
Anatomices.
Botannices.
Metaphyſicæ.
Dialecticæ.
Rhetoricæ.
Gramaticæ.

ſive Prælectorem

Cantabrigia. Multa de Oxonio diximus ſed eadem ferè de Academia Cantabrigienſi ſunt dicenda. Paluſtri ſolo & aere non adeo ſalubri ſita eaſdem fere adminiſtrandi leges & modos ſequitur, et ſi Cantabrigia Oxonii ſplendoribus comparata ſe victam fateatur, at vero poſt illam jure merito omnibus quaquaverſum Academiis palmam & gloriam præ-

præripiat. *Officiariorum, Profeſſorum &c.* catalogus à noſtro vix diſcrepat, Cancellarius autem in triennium tantum eligitur. Procuratoribus duos alios ſc. *Taxatores* addimus. Hoc ſolum diſcriminis notatu dignum fiet, Aulas hic à Collegiis tantum nomine tenùs differre, Societateſque omnes numero ſexdecim hic reditibus dotatas.

Collegium Fundatum

1. S. *Petri* Anno 1256 ab *Hugone* de *Balſham* Antiſtite Elienſi
2. *Corporis Chriſti* A. 1351 ab *Henrico* de *Monmouth* Duce *Lancaſtrenſi*
3. *Gonvilii* & *Caii* A. 1348 ab *Edmundo* de *Gonvill* Rectore de *Retworth* & *Terington* in agro Norfolcienſi, & *Johanne Ca-*

Collegium

Caio Med. Doct.

4. *Regium* A. 1441 ab *Henrico* Sexto
5. *Reginæ* A. 1448 à *Margaretâ Andegavenſi Henrici* Sexti Uxore
6. *Jeſu* A. 1496 à *Johanne Alcock* Epiſcopo Elienſi, Angliæ Cancellario
7. *Chriſti* A. 1505 à *Margarita* Richmondiæ & Derbiæ Comitiſsâ, *Henrici* Septimi matre
8. S. *Johannis* 1508 ab eadem *Margaritâ*
9. *Magdalenenſe* A. 1512 à *Thomâ Auldley* Barone de *Waltham*, Summo Cancellario
10. *Trinitatis* A. 1546 à Rege *Henrico* Octavo & à Filiâ ejus *Maria* Reginâ

Fundatum

Collegium

11. *Emanuelis* A. 1584 à *Gualtero Mildmay* Equite & Fiſci Cancellario

12. *Suſſexiæ* & *Sidney* A. 1598 à *Franciſcâ Sidney* Suſſexiæ Comitiſſa

Fundatum

Aula

13. *Clarenſis* A. 1326 ab Elizabetha Filia Secunda *Gilberti Comitis* de Clare

14. *Pembrochiana* A. 1343 à *Maria* de St. *Paul* Pembrochiæ Comitiſſâ

15. Trinitatis A. 1350 à Gulielmo *Bateman* Epiſcopo Norwicenſi

16. *Katherina* A. 1475 à *Roberto Woodlark* Theologiæ Doctore

Fundata

Notandum autem in hac Academia ad gradum Baccalaureatus in Jure

civili & Medicina capeſſendum ſex annos, & illinc quinque tandem ad Doctoratum, ſuffecturos.

Ad Reſpublicas haſce literarias continuandas adveniunt indies è Scholis Grammaticam edocentibus ingenia paſſim juvenilia, & lætæ ſæpius indolis tyrunculi. Scholæ autem præcipuæ ſunt *Wintonienſis*, *Ætonenſis*, & Londini *Weſtmonaſterienſis*, *Carthuſianorum conventus* (vulgo *Charter-houſe*) &c Fundatorũ munificentiâ vere nobiles & Collegiorum appellationibus omninò decorandæ. Permulta quinetiam eriguntur paſſim Gymnaſia, ubi Oppidanorum filii Fundatorum opibus gratis educuntur, & Plantarum more, benedicente tantum Cælo trahunt alimenta. Ipſam autem apud nos literarum peſtem huic Scholarum multitudini omnino vertimus. Enim vero rebus domi anguſtis Virtuti

ſæpius

ſæpius obſtantibus, ſub ferulâ manent diutius barbati hi adoleſcentes, otio confecti & ſomniculoſi. Quo ſit ut & literarum fragmentis & offellis Superbi fræna mordeant & Superiorum ægre ferant habenas, ipſamque rempub. poſtea crebrò pellum eant. Si verò & in Academias transferatur tandem ſcabioſum hoc pecus, cogente neceſſitate è fontibus hiſce diſcedunt ſemimadidi, furtim ſacris forſan ordinibus initiandi. Hinc multitudini tantæ Eccleſiaſticæ haud ſufficiunt dignitates; unde nullum non movere Lapidem placet quo mutentur res, unde turbato flumine piſcari. Nihil jam è Pulpitis Eboant iſti Thraſones niſi quod indignationem ſapit & ſeditionem. Quid plura! næ iſti denique puri puti evadunt nebulones.

Societates Londinenſis.

His duabus Academiis quid ni & tertiam Subjungamus. Londini enim florent uberrimè artes paſſim liberales & ſcientiæ, ubi non tantum exhibentur in Theologiâ, Jure Civili, & Medicinâ Lecturæ Prælectioneſque, ſed & in jure Communi Gradus *ſc.* Barreſterii, Servientis ad Legem (quo ex gradu eliguntur judices) capeſſunt ſtudioſi, methodo hac nullibi terrarum alias obtinente. Linguarum hic, Rei nauticæ, Mathematicæ, Artis Militaris, Chirurgiæ, Calligraphiæ, Brachygraphiæ, Equitandi, Saltandi, Gladiaturæ, Muſices, Pingendi, Grammaticæ, Rhetoricæ, Poeſeos, &c Profeſſores & Prælectores eſt adire, & cuncta hic Ediſcere, quæ virum perfectiſſimum efficiunt, & omnibus numeris abſolutum.

Collegia, ſive Hoſpitia ſtudioſorum in Jure Communi quatuordecim

ordecim damus, ſc. ad Legem Servientium duo ; & quatuor Curiæ, nempe *Graienſe*, *Lincolnienſe*, *Templum medium*, & *Interius*, Octo etiam Cancellariæ Hoſpitia, ſc. *Thavis-Inn*, *Furnivals-Inn*, *Bernards Inn*, *New Inn*, *Clements-Inn*, *Cliffords Inn*, *Staple-Inn*, *Lions-Inn*. Ad legem *Servientium* Collegium plus minus quadraginta ; *Curiæ* autē Hoſpitiæ pæne mille, *Cancellariæ* verò ultra ſeptinginta Togatis gaudet.

Nullus hic Fundatorum ſentit munificentiam, ſed ſuo quiſq; ſumptu locuples. Societatum impenſas pecuniarum aliquid in primá admiſſione erogatum diluit, Redituſq; annui è locationibus Cubiculorum exurgentes.

Civiliſtarum Collegium (vulgò *Doctors Commons*) Juris Civilis Doctores plus minus quadraginta, totidem & Procuratores dinumeret, Legum peritiſſimos,

& in Tribunalibus Eccleſiaſticis antea memoratis Advocatos, & cauſarum actores.

In *Medicorum* Collegio quadraginta ſunt Socii, additis his Candidatis, Honorariis, & Licentiatis quamplurimis Horum Imperio & caſtigationi ſubduntur Medici omnes Londini factitantes & Pharmacapolæ ipſis inſervientes. Pereat igitur circulatorum, vetularum, &c. farrago, in perniciem hominum nata & omni morbo lethalior.

Collegium *Heraldorum*, ſive Facialium è tribus *Armorum* Regibus, ſc. *Garterius*, *Clarentius*, & *Norroy*, hoc eſt rex ſeptentrionalis dictis conſtat, & ſex Ducibus, ſc. *Eboracenſi*, *Winſoriano*, *Lancaſtrenſi*, *Richmondiæ*, *Ceſtriæ* & *Somerſetenſi* & è quatuor Lictoribus, ſc. *Cataracta* vel Portcullis, Cæruleum Pallium, vulg. *Blewmantle*, Rubra Crux

Rouge

Rouge Croix, & Ruber Draco *Rouge Dragon*, nuncupatis.

Assignatâ unicuique Provinciâ Regum & Nobilium Coronationes, Nuptias, Festa Lustralia, Exequias, Spectacula omnia, solennitates apparatusque augustiores disponunt, & Generosorum omnium insignia conservantes Genealogiis evolvendis se totos consecrant, adeo ut hos putes Sacrorum custodes, & Templi Honoris Æditnos.

Gresshami Collegium, in quo habita est Societas *Regia* (eo quod Carolus Secundus eum Diplomate constituit, & inde illius Fundator dictus) multarum Scientiarum Professores nutrit, (quales sunt Theologiæ, Astronomiæ, *&c*) Stipendio quinquaginta Librarum cuilibet reservato. Locus quidem ubi Apollinem ipsum habitare sentias, viros ex optimis electos & ingeniorum

niorum portenta. Per Terram, per Oceanum venantur hi Naturam, & ſubtiles ipſius hinc illinc evolvunt plicas. Mechanicæ Philoſophiæ vim, nautæ, Milites, quilibet & prædicat Artifex. Incolis ſuis haud adeo innoteſcit Cœlum, & Planetarum Naturam vix ipſæ adeo perſpiciunt Intelligentiæ. Hanc denique Societatem laudibus undique efferunt exteri, petuntque impensè Doctiores quotidiè in horum Catalogum admitti.

Inter Socios hoſce præcipui Officiales ſunt Concilii Præſes, Theſaurarius, Secretarii duo, & Curatores.

His annumeramus Collegium *Sion* in uſum Theologorum Londinenſium fundatnm, & Hoſpitium *Suttoni*, (idem quod Chathuſianorum conventus) indigentium generoſorum & Militum Aſylum, & Grammaticali Scholà

Scholà (ut antea) perquam ininſigne. Silentio demùm minimè præteriundæ Societates aliquæ, qualis eſt ea illa (Ang. *Inſuring-Office*) quæ accepta Pecuniâ ſecuritatẽ ab Igne (ſatisdatione facta) domibus promittit; Altera autẽ Plumbum in molam poſitum rarius & ſolidius efficit, navibuſq; tectiſque adeo apprimè utile ut nihil ſupra. Illam etiam commemorare fas ſit, quæ ſalſedinem aquæ edocet detractum iri, nautiſque reddit perjucundam. His adjungamus Officinā quandam (*penny-poſt*) ubiq; fere poſitam literas intra Urbem hinc illinc daturam; Mercatorum in Imperiis Turcicis, in Orientali Indiâ, Affricaque Negotiantium *Sodalitia*, quæ omnia licet Collegia tantum imitantur, ſaltem levi mentione digna.

Peragrato jam *Londino* totius Regni Compendio & Principe, vix me detineam quin alias eti-

am *Urbes* Spectatum eam; quales ſunt *Eboracum*, *Briſtolium*, *Norwichum*, *Cantuaria*, *Sariſberia*, *Wintonia*, *Bathonia*, *Dunelmum*, *Exonia*, *Lincolnia*, *Northamptonia &c* Templis & Edificiis mirè inſignes. *Portu* ſanè noſtri quales ſunt *Plymouth*, *Dartmouth*, *Waymouth*, *Portſmouth*, *Southampton*, *Dover*, *Yarmouth*, *Boſton*, *Newcaſtle &c* Hiſtoriâ digniſſimi. Viſendæ etiam erant Arces Regiæ ſeu Monarcharum noſtrorum Palatia, quale eſt Londini *White Hall*, circa Londinum autem in Lætioribus agris diſpoſita *Windſor*, *Hampton-Court*, *Greenwich*, *Richmond &c*. Sed Limites præſcriptos minimè auſus ſum tranſgredi. In *Scotiam* igitur quam celeriter iter mihi faciendum & dein in *Hiberniam* transfretandum.

CAP.

CAP. III.

De Scotiâ & Hiberniâ, *Insulisque adjacentibus.*

DIrimitur *Scotia* ab Anglia primum *Tueda* fluvio, *Cheviota* monte altissimo, & qua mons deficit *Escha* & *Solvæo* Fluminibus. Regni hujus Septentrionalis medium *Grampius* Mons percurrit. Secundum Longitudinem hic milliaria circiter 250 numeramus, huic autem Latitudo (vix ultra 140) haud æquè respondet. *Terra* magnâ ex parte Viscosa est & Sulphurea, atque ob id Lignorum Sæpius defectus Sup- *Scotia.*

Supplet. Quod ad *Aerem* Regio eſt Gallia paulo temperatior, remiſſiore frigore & calore, Angliæ tamen fertilitate cedat neceſſum eſt. *Merces* & Commoditates præcipuæ ſunt Pannus Craſſior, Piſces, Coria, Plumbum, Carbones Foſſiles *&c.* Terræ tamen in viſceribus populi divitias credas habitare. Qui ad meridionalem partem degunt (vulgò *Lowland-men*) cultiores numeroſioreſque, linguâ propemodum & moribus utuntur Anglicis. Septentrionales *(Highland-men)* hominum genus aſperum, bellicoſum, ſermone, habitu moribuſque Hybernicis utuntur.

Regni *Adminiſtratio* abſente Rege, ſæpius *Commiſſionarium* penes, ſæpe apud 8 ſummos officiales ſc. Cancellarium, Theſaurarium eſto *&c.* Gentis hujus *Ordines* perinde ac Anglorum ſunt. Inter

ter *Tribunalia* primum eſt Parlamentum, è quo Triginta duo Homini pro Articulis appellati cum Cancellario, Theſaurario ſingula quæ ad conſeſſum referenda proponuntur admittunt aut rejiciunt, Regi prius communicata. Secundum eſt *Collegium Juſtitiæ* ſive *Seſſio* Quatuordecem *Senatorib.* cum Laicis tum Clericis, & Præſide adornata. Tertio *Juſtitiæ Curiam* Excipias, ubi in Judicium Capitis vocantur alii immaniore nequitia conſpurcati. Quarto *Fiſci Tribunal* erigimus. Quorum quidem omnium ſedes, Caput Regni *Edinburgum*. Quolibet autem in Comitatu *Vice-Comitis* curiam plerumque hereditariam, MEUM & TUUM uſque ſonantem, nvenies.

Eccleſiam utique Quatuor defendunt Tribunalia, Primum *Seſſio*, è viris admodum con-

 ſultis

ſultis conſtans, ſingulis in Parochiis habita: & in terrorem diſſolutorum excogitata. Secundum *Preſbyterorum Curia* dicitur, quæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ omnes ſummiſſos jubet, nulloſque niſi facta illic palam Examinatione, ſacris Ordinib. initiandos. Tertium *Provincialis Synodus*, Quartum *Generalis Conventus*, Exhibent.

Academias quatuor damus *ſc.* S. Andrews, Glaſcow Aberdeen, & Edinburg; *Archiepiſcopatus* verò duos, primò S. *Andrews* penes quem ſunt Epiſcopatus Edinburg, Aberdeen, Murray, Dunblan, Berchin, Roſs, Cathnes, Orkney: Secundò *Glaſcow*, penes quem Galloway, Argile aut Liſmore, Inſulæq;.

His ita Collectis, quoddam denique *Supplicii* genus his haud inuſitatum vix præmittendum cenſeo, quod (*the Boot*) appellitant

tant incolæ. Ferreâ ubi inductâ Ocrea ſenſim inferciuntur Cunei, ut reo extorqueant Confeſſionem; Pæna quidem ſi ſidiculis haud crudelior vel priſtinâ tamen Scotorum barbarie indigna.

Hibernia Anglorum Regi Henrico Secundo olim data, amotâ Brittaniâ, Inſularum audit omnium nobiliſſima. Adeo ut quicquid hic loci deſcribam Ego, putes precor me Leonis hujus ungulam tantũ oſtendiſſe. *Longitudo* ejus 300 milliarium, *Latitudo* eſt 120. *Aer* hic ſalubberrimus, Cœlum mite, clemens & blandum; nam nec æſtivo calore Incolæ ad umbras impelluntur, nec frigore ad focos. *Terra* inæqualis eſt & montoſa, mollis, fallax ſæpe, & aquoſa. Morbos verò è paludibus contractos

Hibernia.

expellit confestim potus quidam calidus *Usquebah* dictus, unicuique oculis suis carior.

Regio tamen gleba præpingui, uberique frugum proventu fælix; Pascuis tamen quam frugibus, Gramine quam Grano fœcundior. Hinc pecorum infinita multitudo, primæ & præcipuæ incolarum opes; Equi item optimi tolutarii, *Hobbies* vocantur, quibus non idem qui cæteris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Nullum venenosum hic animal, nullum reptile; privilegio cum *Creta* communi.

Insula hæc in Provincias quatuor *sc. Linster*, *Ulster*, *Connaught* & *Mounster*, ex incolarum autem Moribus in duas tantum partes, dividitur. Qui legibus teneri recusant & inculcius vivunt vulgò (*Wild-Irish*),

i. e.

i. e. „Sylveſtres, qui vero legum poteſtatem ſanctam habent Anglo-Hibernici nuncupantur; & eorum Regio *Provincia Anglicana.*

Imperat hic *Prorex* Anglorum ſolum Legibus inſtructus, Privato Conſilio, mirâ Majeſtate & pompâ accomitatus. Fora ſub ſe & *Curias* habet noſtris Similes, & iiſdem nominibus inſignitas.

Eccleſiaſticum autem Regimen Archiepiſcopis quatuor demandatur ſc *Armachienſi* totius Hyberniæ Primati, *Dublinienſi*, *Caſſilienſi*, *Toamenſi*, qui ſub ſe Epiſcopatus novemdecem deſpiciunt. Hos ſequitur una tantum *Academia*, *Dublinia*, *Hiberniæ* Metropoli, habita, & ingeniis minime contemnendis fæcunda.

Inſulæ. Ad Inſulas tandem Brittanicas navigatum. Quæ omnes in

quatuor gradus *viz.* in *Orcades*, *Hebrides*, *Insulas Sillinas* & *Sporades* distribuantur.

Orcades numero sunt Triginta duo, ad septentrionem ultra Scotiam sedentes. Quarum præcipuæ sunt *Main-land*, *Hey*, & ad Septentrionem longius dissitæ septem Acmodæ nunc *Farre*, Insulæque hinc *Shetlandicæ*.

Hebrides, sive Insulæ occidentales, hoc est à Scotia, Quadraginta quatuor sunt numero. Inter quas maximæ sunt *Levissa*, *Skye*, *Eust*, *Mela*, *Ila* olim *Epidium*, *Sura*, *Arran*.

Sillinæ insulæ ad meridionalem Cornubiæ partem dispositæ numerum 145 ostendunt; è quibus clarissimæ sunt *Scilly*, *Armath*, *Agnes*, *Sampson*, *Brefar Rusco*, S. *Hellen*, S. *Martin*, *Arthur*, S. *Maries*.

Sporadum nomine insulas quasdam

dam hinc illinc Sparſas intelligo: quales ſunt *Man* & *Angleſey* inter Angliam & Hiberniam, *Jerſey*, *Garnſey*, & *Wight* ad Hantoniam, *Portland* ad Dorſetiam, *Sunderland* ad Dunelmum, *Londay* ad Devoniam, *Sheppey* & *Thanet* ad Cantium, *Farn*, *Cocket*, *Holy-Iſland* ad Northumbriam, collocatæ. Quas quidem omnes tanquam Gemmas intueor Brittaniam uſque decorantes.

Series

Series Monarcharum Anglicorum ex quo ſuperata erat Anglia à Normannis.

	Regnare cœperunt. An. D.
Gulielmus Conquæſtor	1066.
Gulielmus Rufus	1087.
Henricus 1	1100.
Stephanus	1135.
Familia Saxonũ reſtaurata	
Henricus 2	1154.
Richardus 1	1189.
Johannes	1199.
Henricus 3	1216.
Edvardus 1	1272.
Edvardus 2	1307.
Edvardus 3	1326.
Richardus 2	1377.
Familia Lancaſtrenſis	
Henricus 4	1399.
Henricus 5	1412.

Hen-

Henricus	6	1422.
Familia Eboracenſis.		
Edvardus	4	1460.
Edvardus	5	1483.
Richardus	3	1483.
Familiæ utriuſque Unio.		
Henricus	7	1485.
Henricus	8	1509.
Edvardus	6	1546.
Regina Maria		1553.
Regina Elizabetha		1558.
Anglia & Scotia Unitæ.		
Jacobus	1	1602.
Carolus	1	1625.
Carolus	2	1648.
Jacobus	2	1685.

Quæ ſequuntur Clariſſima ſunt inter Anglos nomina, & Familiæ Nobiliſſimæ.

A.

Alloft Asby.
Alington. *Prædii Wimondley in agro Hertfordienſi poſſeſſor, unde Regibus Angliæ, quo die inaugurantur, primum miniſtret Cyathum & ſit quaſi Regis pocillator.*
Anneſly. Aſhfield.
Appleton. Aſtley.
Armine. Aſton.
Arundel *Baro de* Wardour, *& ab Imperatore* Radolpho, *ob rem præclarè adverſas Turcas iuxta Strigonium geſtam, Comes Imperii dictus.*
Aſhburnam. Aylesbury.

B.

BAcon. Bainard.
Bagot. Baker. Bam-

Bamburgh
Bampfield.
Banning.
Barckham.
Barkley.
Barington.
Bartu.
Basing.
Baskervil.
Bayning.
Beaumont.
Bedell.
Bedingfield.
Belasses.
Bellingham.
Bendish.
Bennett.
Berkley.
Berners.
Bertey.
Biggs.
Bingham.
Bishop.
Blackston.
Blunt.
Bodley. *Nobilis Familia quam* Tho. Bodleius, *qui Bibliothecam* Oxon. *locupletabat, egregiè illustravit.*
Booth.
Boswel.
Boteler.
Bourchier.
Bowes.
Boyle.
Boynton
Brereton.
Brigges.
Brook.
Brown.
Bruges.
Brule.
Brudenel.
Bruin.
Burck.
Burdet.
Burgh.
Burrough *sive* Burton

Burton.
Butler.
Button.
Byron *ſive* Buron.

C.

CAlthrop.
Capel.
Cavendiſh.
Carew.
Carleton.
Carre.
Cary.
Carteret.
Cecill.
Cæſar.
Chaloner.
Champernoun.
Chaumont.
Cheſter.
Chetwood.
Chicheſter.
Chidley.
(Cholmley.
Cholmondley *ſive*
Clarke.
Clere.
Clifford.
Clifton.
Clinton.
Colbrond.
Compton.
Conſtable.
Cooper.
Cope.
Conway.
Corbet.
Cornwall.
Cornwallis.
Cottington.
Cotton *Clara Familia, quam decoravit Robertus Cotton de Connington, Eques doctrinâ & Antiquitatis cognitione inclytus.*

Co-

Coventry.
Crane.
Cranfield.
Craven.
Crew.
Croft.
Cromwel.
Culpeper.
Curwen.

D.

DAcre.
Danvers.
Darcy.
Dennis.
Deny.
Digby.
Dimock *In Lincolnia tenet manerium* Scrivelby *per Servitium magne Sergeantiæ* (*ut loquuntur*]. C.) videlicet *quod poſſeſſor Coronationis die armatus veniet, & Proclamari faciet ſe paratum eſſe contra omnes inficias ituros Regis Jus defendere & conſervare* &c.
Dixwell.
Dormer.
Drake *Gentis hujus Originem & Nomen dedit Franciſcus ille Dracus, Eques auratus, Gloria navali facile Princeps.*
Dudley.
Dutton.

E.

EDgecombe.
Egerton.
Engleſield.
Erdeſwick.
Eſſex.
D'evereux.
Eure *ſive* Evers.

F.

FAirfax.
Fane.
Farneham.
Faunt.
Feilding.
Fenwick.
Fienes.
Finch.
Fitz-Herbert.
Fitz-Williams.
Forteſcue.
Foſter.
Fouler.
Fyne.

G.

GAge.
Gerard.
Glemham.
Godolphin.
Godwin.
Gorges.
Goring.
Grayham.
Greiſly.
Grenvill.
Grevill,

Grevill.
Grey.
Greiſly.
Gravenor.

H.

HArrington.
Harvye.
Haſtings.
Hatton.
Henningam.
Herbert.
Heydon.
Hobart.
Hobey
Holcroft.
Hollis.
Horſey.
Houghton.
Howard.
Hungerford.
Hyde.

J.

JEffreys.
Jermin.
Jernegam.
S. John.

K.

KIllegrew.
Knevet.
Knolles,

L.

Lacy.
Lascelles.
Leake.
Langdale.
Lee.
Leigh.
Leonard.
Legge.
Lev.
Lestrange.
Lisle.
Litton.
Lovelace.
Lumley.

M.

Markham.
Mannours.
Maunsell.
Maynard.
Medcalf.
Mildmay.
Mohun.
Molineux.
Monck.
Montagu.
Mordant.
More.
Morgan.
Mounson.
Musgrave.

N.

Nevil.
Newport.

Mew-

Newton.
Noel
Norris.
North.

O.

Ogle.
Osborn.
Owen.

P.

Paget.
Parker.
Parry.
Paſton.
Peilon.
Pelham.
Percy.
Perot.
Perpoynt.
Petre.
Peyton.
Pigott.
Pointz.
Popham.
Pawlet.

R.

Ralegh.
Ratcliff, *alias*
(Radcliffe.
Rich.
Roberts.
Roper.
Rouſe,
Ruſſel.

S. Sac.

S.

SAcvil.
Sadler.
Sämpol *sive de* S. Paul.
Sandys.
Savil.
Scrope.
Seymore.
Sheffeild.
Shelley.
Shirley.
Sidney *è qua* Philippus Sidney *Eques Auratus Secundi sui* (*sub* Elizabetha *Regina*) *Delitiæ & Ornamentum.*
Somerſet.
Smith.
Spencer.
Stafford.
Stanley.
Stanhope.
Stawell.
Stourton.
Stradlin.
Strangways.
Sutton.

T.

TAlbot.
Throckmorton.
Thynne.
Tilney.
Touchet.
Tracy.
Trafford.
Tuſton.
Tounſend.

V.

Vavaſor.
Vaulx.
Vere.
Villers.

W.

Wake.
Wallop.
Walſingham.
Ward.
Waſtneys.
Watſon.
Wentworth.
Weſt.
Weſton.
Wharton.
Wiat.
Widdrington.
Wilbraham.
Willoughby.
Windſor.
Wingfield.
Winne.
Winter.
Wiſeman.
Wivell.
Wolſey.
Woodhouſe.
Worſley.
Wortley.
Wotton.
Wray.
Wriotheſley.

Y.

Yelverton.

Z.

Zouch.

FINIS.

LONDIN UNIV

ERRATA.

PAg. 34. pro *repoſitâ*, lege *repoſita*. p. 35. pro *Caſaream* l. *Sarniam*. p. 55. *ordinariis*, è *Roſtris*, *concinari incipiunt*. 57. *crepituque*. 59 *oſtendant*, *vagoſque*. 61 *prope*. 62 *aliis*. 64 *inter* 42 *&* *Nuncios* d,. 68 *auſcultat*. 69 *lugubris*. 78 *decidendas*. 110 *Artificii*. 151 *juxta Fowey* 1, & *Michel* 1. 209 *Hoſpitia*; *quæ quidem omnia inter Sphalmata minutiora quibusdam in libris corriguntur, ſi tamen in aliis occurrant, hunc in modum ſunt caſtiganda.*